os sanctorum: qui a seculo
sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis no
stris: et de manu omnium
qui oderunt nos. Ad faci
endam misericordiam cum
patribus nostris: et memo
rari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iura
uit ad abraham patrem nos
trum: datum se nobis.
Ut sine timore de manu
inimicorum nostrorum: liber
ati seruiamus illi. In
sanctitate et iustitia coram
ipso: omnibus diebus nos
tris. Et tu puer propheta
altissimi uocaberis: preibis
enim ante faciem domini pa
rare uias eius. Ad dandā
scientiam salutis plebi eius:

m remissionem peccatorū eor.
Per viscera misericordie
dei nostri: in quibus visita
vit nos oriens ex alto. Il
luminare his qui in tene
bris et in umbra mortis se
dent: ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis. Ic
quem eternam dona eis do
mine: et lux perpetua luce
at eis. ant. Ego cum reliquer
rio et vita qui credit in me
etiam si mortuus fuerit vi
vet et omnis qui vivit et cre
dit in me non morietur in e
ternum. Kyrieleyson Chri
steleyson Kyrieleyson. Pa
ter noster. Et ne nos. ps.
Exaltabo te dne
quoniam suscepi
sti me: nec delec
tasti inimicos meos super me.
Domine deus meus cla
mavi ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab in
ferno animam meam: sal
vasti me a descendentibus i
lacum. Psallite domino
sancti eius: et confitemini
memorie sanctitatis eius.
Quoniam ira in indigna
tione eius: et vita in volun
tate eius. Ad vesperum de
morabitur fletus: et ad ma
tutinum letitia. Ego aut
dixi in habundantia mea:
et non movebor in eternū.
Domine in voluntate tu
a prestitisti: decori meo virtu
tem. Avertisti faciem tuā
a me: et factus sum contur
batus. Ad te domine clama
bo: et ad deum meum depre
cabor. Que utilitas in san
guine meo: dum descendo in
corruptionem. Numquid
confitebitur tibi pulvis:
aut annuntiabit veritatē
tuam. Audivit dns et mi
sertus est mei: dominus fac
tus est adiutor meus. Con
vertisti planctum meum in
gaudium mihi: conscidisti
saccum meum et circumdedi
sti me letitia. Et cantet ti
bi gloria mea ut non cōpun

gar: domine deus meus mecum
num confitebor tibi. ℣. Re
quiem eternam dona eis dñe.
et lux perpetua luceat eis.
℣. Aperta in fem: eme do mi
ne animas eorum. Credo in
deum bona domini. In terra in
ucentium. Domine exaudi
orationem meam: et clamor
meus ad te ueniat. Oremus.

Inclina Collecta
domine aurem
tuam ad preces
nostras quibus misericordi
am tuam supplices deprecamur ut animas famulorum
famularumq; tuarum quas
de hoc seculo migrare iussisti
in pacis ac lucis regione collocatas et sanctorum tuorum
iubeas esse consortes. Per
xpm. Collecta.

Deus cui proprium
est misereri semper et parcere suscipe deprecationem nostram: ut quos de
lictorum cathena constrin
git miseratio tue pietatis

absoluat. Per xpm Collecta.

Deum deus om
nium conditor
et redemptor ani
bus famulorum famularumq; tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum ut
in dulgentiam quam semp
optauerunt pijs supplicationibus consequantur. Per
xpm dominum nostrum. Amen.

Animabus quesumus domine
omnium fidelium defunctorum oratio
proficiat supplicantium:
ut eas et a peccatis omnibus
exuas et tue redemptionis
facias esse participes. Qui
cum deo patre et spiritu sancto
uiuis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen
Requiescant in pace Amen

Ave uirgo mi
rum quem
do concepisti.
Ave lactans filium uirgo
permansisti. Ave orbi gau

num nutrix ihu xpi. Ave
salua preor miserum mi
hoc mundo trist[A]ma
ter xpi portus pius tuo
rus. Maria requies tuus
fons dulcoris ysaia mat
da thalamus amoris ave
mento quelo mei rea pecca
toris [G]racia plenissima
uerbo te refleat. Gracia g̃
tissima te matrem refleat
Gracia humillima mite fi
deant ille me reficiat qui
te talem feat [P]lena pu
dicae virgo singularis.
Plena laus ecclie patris
eteris paris Plena ueria
uene clara stella maris
Fuge me letare que sic eo
amatus [D]ominus tu
utero tuo preoccupatus Do
minus ab utero manens
incarnatus Dominus.p
populo sic humiliatus.
Sit michi ecce misero pi
ie dux placatus [C]ceum
manet deitas nam deus c
teum. Beatum sancta tri

nitas et tu mianes seatum
Beatum summa sanctas
fac salutem meum Era
tem pr tenebras illumina
me seatum [B]enedicta fem
na tu comprehendo Benedic
ta domina tu parturiendo.
Benedicta virgula virgo
permanendo ave te precor ad
huma saltem monendo [S]u
sedes in solio virgo coronata.
Tu gaudes cum filio
mater: coniugata. Tu reple
us gaudio prole sublimata
Esto tuo famulo dulcis
aduocata [I]n celo te glo
rificat angelorum agmina
maria te invocat latinus et
greacus In hac te collocat
ihesus ipsum sensus hec cal
lucat mihi qui cum ceteris
[M]ulieribus pius tu es gu
bernatrix ajutoribus eas tu
es subleuatrix ajutoribus
sanctis tu es auxiliatrix tu
tanta tam nobilis sis mi
chi subleuatrix [E]t tu vir
go quanta sis non potest

anarcau Et quantum va
les nuceris quis potest me
ditari. Et ideo cum ceteris
uolo tu pretari. ne tuas de
monis dolo defraudari. Be
nedictus dominus tibi ole
dixit Benedictus filius qui
de te exiuit Benedictus fru
ctus qui eulos munuit
Sit nuch proximus qui te
sic munuit Fructus flo
ris florum uter cum dul
cor ffructus fulgens exit de
te cum decore. ffructus sanct
prodijt repletus odore. huc
fructus lepr a langore sa
nas sic integritas produxit
hunc florem. Gentis dan
si puritas dat floris odorem
Gentis puritas nesci
uit dolorem ejam tua lom
tas minuat laborem Su
sacri corporis laus anolat u
bique Tu fama nominis
dinoscatur ubique. ne dum
cum impijs dampnemur
unque Jhesus nos eripiat
a ctu dampnandorum Jhc

nos edocat passus electorum
Jhesus nos custodiat in fine
seculorum. Jhesus nos pro
moueat in regno celorum
Amen dicat decens pol
sulans solamen. Amen di
cat laicus cupiens leuamē
Amen dicant omnia qui
possunt uiuere. Amen sit
per secula seculorum Amen.
Gaude tu uirgo quia deo
cundit spiritus jhesus in te
Gaude tu mater quia nat⁹
erat hic ex te Gaude tu com
munx quia resurrexit jhs
ad te. Gaude tu vidua qa
coronat jhesus ad te Gau
de tu regina quia tu sumpsit
hic a se ℣ Ora pro nobis re
gina celi ℟ Et tu respice polo
fideli Oremus Oratio
Domine jhesu
xpiste qui mi
utero preelecte
virginis marie dignatus
es uineam ipsam quoq;
virginem mariam matre
tuam incarnatione tua na

tuitate resurrectione ascensa
one et sua assumptaone q̄u
que spetiabus gaudijs
spūualiter exultare festa
presta quesumus ut ad
laudem tu nominis et ad
honorem ipius virginis
matris tue ip̄a gaudia con
segui mereamur Per x̄m
dominum nostrum Amē

Ave plena gra
cia mater fecū
data. Aspendi
ces et gloria virgo coro
nata. Tu peccatorum uc
niam regina beata Sanc
torum letitia hodie q̄ con
secrata Ave venerabilis
mater sanctitatis Aspecta
admirabilis mater pieta
tis. Flos incomparabilis
templum deitatis Splendo
re ineffabilis ortus volupta
tis Ave decus virginum
speculum decoris Consola
trix hominum vnicum
amoris Purgatrix pecca
minum medela langoris

Deus lumen luminum ma
ter redemptionis Ave vas
clemencie gracie pisana.
Portus indulgencie vite
mediana radix innocencie
stella matutina. Sedes sa
pientie celica regina Ave
vite pabulum fons dulcedo
nis Laudis dignaculum
vas clemonis gracie hospi
talium rubus visionis flede
ris miraculum thronus sa
lamonis Sacra pucrpe
ra vnic puricia nardus
odorifera gracie lucerna Sa
ge ucm propria regina supe
na nec ab origine nec seq̄
gulcria Que super agmi
na cch sublimaris Angelo
rum domina virgo singula
ris cor meum illumina ful
gens stella maris Et ab hos
tis machina semper tucaris
Vite remedium pucila
decora Dulce refugium
celicis aurora Dui sanc
tum filium pro me nūc q̄
mundo crucifixo Ro

ueniam implora. ℣ Ora
pro nobis sancta dei genitrix
℟ Vt digni efficiamur pro
missionibz xpi Oremus Oc
Concede misericors deus fragilitati nostre
bis quesumus domine
ihesu xpe nunc
et in hora mortis nre apud
clementiam tuam gloriosi
ssima uirgo maria omnis
sanctitatis inuiolatam animam i
hora mortis tui dolorus gla
dius pertransiuit Qui uiu
Intemerata et
uenerandum te
nedicta singu
laris et incomparabilis es
uirgo dei genitrix maria
gratissimum dei templum
spiritus sancti sacrarium
ianua regni celorum per q̃
post deum totus viuit orbis
terrarum Inclyta mater
misericordie auxis tue pie
tatis indignus supplicanti
nibus meis et esto michi
miserrimo peccatori pia in
omnibus auxiliatrix Do

iohannes beatissime xpi fa
miliaris et amice qui ab
eodem domino nro ihesu x̃o
mago es electus et interce
ssoris magis dilectus atq;
misteriis celestibus ultra
omnes imbutus apostolus
eius et euãgelista facta es
preclarissimus te etiam mi
hoc cum maria matre
eiusdem saluatoris nri ut
opem tuam ferre digneris
cum ipsa o dne gemme ce
lestis maria et iohãnes o
duo luminaria ante dei
diuinalis lucentia uestris
radijs seculorum meorum
effugate nebula vos enim
electis illi duo in quibus de
per filium suum spetialit
edificauit sibi domum et
in quibus ipse filius dei
ob sanctissime virginita
tis meritum dilectionis
sue confirmauit priuile
gium in cruce pendens v
ni uestrum ita dicens. mu
lier ecce filius tuus &

nde ad alium exe mater tu
a. Jn hymnis ergo tam sacra
tissim amoris dulcedine
qua tunc ore dominico ue
lud mater et filius admix
cem communicati estis vobis
duobus ego miserimus
peccator commendo hodie
corpus meum et animam
meam in manus potentie
uestre ut in omnibus horis
atque momentis interius
et exterius sum custodes
et pro apud deum intercel
sores mihi existere digne
mini. Credo enim firmiter
et indubitanter fateor qd
uelle uestrum uelle dei e
et nolle uestrum nolle dei
est vnde et quicquid ab il
lo petitis sine mora optine
tis Per hanc ergo tam
potentissimam uestre dig
nitatis uirtutem posco
queso mihi peccatori cor
pus et animae salutem
agite queso agite uestris
orationibus sanctis quod
or meam mundare et in
habitare dignetur spi
ritus almus gratiarum
largitor et optimus qui
me a cunctis viciorum sor
dibus expurget mentis
bus sacris illustret et ex
ornet mirabili dilectione dei et
proximi perfecte stare et
perseverare me faciat et
post hymnis aurium ad
gaudia me ducat electo
rum suorum benignissim?
patriarchatus gratiarum lar
gitor et optimus Qui cū
deo patre et spiritu sancto
vivis et regnas deus per
omnia secula seculorum A
℣ Sancta dei genitrix ego
semper maria. ℟ Intercede p
Dominet nos or
gnis dñe deus nr
iut beate marie semper q;
virginis intercessio vene
randa atq; a cunctis per
culis absolutos in tua
faciat semp pace gaudere
Per xpm dñm nr

Oratio dicenda ante .xv. cruc.

Oluapere dignare domine deus omnipotens has omnes preces et orationes tibi consecratos quos ego indignus peccator cupio hodie uel debeo decantare in honore sanctissimi nominis tui et passionis tue et beate marie et omnium sanctorum tuorum pro me miserrimo et infelice peccatore et pro oibus peccatis meis et negligencijs magnis ac innumeris et non tantum pro me sed etiam pro omnibus illis qui me agris diligunt et quos agris diligo et pro quibus promisi uel obnoxius sum orare ut tam multis q̃m illis manu misericordie tue porrigas et ab omni aduersitate et periculo et ab omi malo nos eripias et habundanciã omniũ bonoꝝ tribuas quatinus de hac uita fe liciter emigrare et uitã eternam una pungere possimꝰ. hec nobis à tua pietate optineat beata et perpetua uirgo maria domina et aduocatrix nostra et omniũ electorum spirituũ chori et omnis sancti et electi tui et concedat animabus patrũ et matrũ fratrum et sororũ parentũ amicorum et omniũ benefactorum nostrorum et oibus fidelibus nunc atq; de functis ueniam peccatorũ et requiem sempiternã concedat etiam dominꝰ ihũ xp̃e ut omnes iste preces et orones nostri et omnibus fidelibus proficiant ad ueram penitenciam faciendam et emendatam uitam uitandam et perpetuam dilectionem et humilitatem inuitandam et ad emendationem omniũ delictorum et animos ad ut tam faciant peruenire eternam amen.

Confiteor tibi do
mine quia ego
miser peccator peccau mi
nus oram te et oram an
gelus tuus sanctus et ora
tiam omnium sanctorū
tuorum Peccatu per neg
ligentiam mandatorum
tuorum et sancti scrutij tu
Peccatu per superbiam et
elationem per auaritiam
et uanam gloriam per ira
et tristiciam per acidiam et
compnolentiam per inui
diam et odium per cupidi
tatem et gulam per timori
mentis et per furtum et rei
abeni vsurpationem per
falsum testimoniū et men
dacium per detractionem et
murmurationem per obiecta
tem et cōmessationem p luxu
riam et libidinem per ope
as et contentiones per iurgia
ta et maledictiones per stultilo
quium et otiosas fabulas per m
pta ficta et uanas ostenta
tiones per pigritiam et amaritu
dinē per suspitionem et iudicia
tionem per obliuionē et ignoratiā
tiam per uanā et lectiam et mul
tiplicē scelu Peccatu per luxu
tatē mentis mee et carnis de
liciū Peccatu per nocturnam
pollutionem per adulationem et si
mulationem per maliciā et blas
phemiā per auiditatē et emu
lationem per maledictionem am
mi et indignationem mentis
per inuidiam et uocalesa
na Peccatu per quinq; sensus
corporis mei visū auditū gus
tū odoratū et tactū in cogita
tione mala in meditatione pua
in locutione peruersa in actione
pessima in istis et multis alijs
innumerabilibz alijs culpis
et uarijs flagicijs Peccatu
quicū ego miserū retinere
aut tenere aut celare nec emen
dare valeo vltra ūdem et
multas alias qđ volens
uel nolens sciens aut nesci
ens in infantia seu adole
scentia siue iuuentute usq;
ad hanc horā et diem con

uoluntatē tuam dñe fea et
negleca tibi dño misericordis
sime indulton sano confessio
nem Deus pius et clemens pfi
uoluntatem tuam qua salnos
fans spantes in te tribue mi
chi misericorditer de pēis mei
tam coztalibus qñ spialibz
plenam indulgenciā ut electus
et dilectus tuus ihū tenguissi
sime sine mansurus mereat
adungi Qm ñi deo pēe et spū
sco i ē pis Deus misereatur
nri et benedicat Et illuminet
Amatoz ipo in deus
creato et gubernatoz creatura
ñi omñ in meriti voluntatis
tue confitoz oia pcā mea q
cūq et quomodo fm ea hora
qua primo peccare potui usq
ad horā in qua p mām tuā
me vide patris omñ cū nō
possñ esse memoz ex multa
sūt et facile numeran nō pos
sūt ē tu pissime deus ou no
na sint omnia antequā fiāt
qui verus inspector es cogita
cōnū et inscrutabiliū scientatoz es
cordis et renū tu nosti omnia
pcā mea quecūq ego vel ad
huc ago vel nitus in anima
mea p occultas cogitacōnes
vel foris palpitas operaciones
et preterea qui veraciter hec ō
nia tibi ee nota fano de hys
omnibz qui me fecisse cōfi
voluntatem tuam intelligas
coram maiestate tua et cora
omnibus sās me reū et culpa
bilem ee confitoz Et mihi
indulgentissima mia tua p
ius subueniat post mortem
tamus eterna mortis esse dāp
nandū et eternis tormentis
eternaliter ee torquendū mise
sime deus misereare mei indig
no famulo tuo N. q misereris
sup afflictionem pli tui et dextra
angelo paracta suffragante nre co
tue manū tuā ob amorem
stelle gliose virginis marie au
dia cōfi vocem nrām debi
tor sumatis pia auxiliū gēre nre
ut ab oi peste et a subitanea
morte liberem Qui expin do-ni-

Incipiunt quindecim orones ad xpm

O Jhesu xpe dulcedo et amator animarum nubilus excedens omne gaudium et omne desiderium salus et amator peccatorum qui dignas tuas visitatus es esse cum filius hominum propter hominem homo factus es in fine temporum. ajemento omnis premeditationis et ultimi meroris quem in humano corpore sustinuisti instante saluberrime passionis tue tempore in domino corde ab eterno preordinato. ajemento tristicie et amaritudinis quam in animo tuo ipso attestante habuisti quando in ultima cena discipulis tuis corpus et sanguinem tuum tradidisti pedes eorum lavisti ac dulciter eos consolando imminentem passionem tuam predixisti. ajemento omnis timoris angustie et doloris quem in tuo corpore delicato ante passionem tuas tue pavisti quando post ultimam orationem et sanguineum sudorem: a discipulo traderis ab electa gente capiebaris a falsis testibus accusabaris a tribus iudicabaris iniuste iudicabaris in electa civitate in paschali tempore in florida corporis in nocte innocenter damnabaris ne te propria conscius vestibus alienis induebaris colaphizabaris oculis et facie velabaris alapis cedebaris ad columpnam ligabaris flagellabaris spinis coronabaris arundine in capite ferebaris et innumerabilibus aliis calumpniis lacerabaris. Da mihi queso ob memoriam harum passionum ante mortem meam veram contritionem puram confessionem dignam sa

tisfactionem et omniū peccatorum meorum plenam remissionem amen. pater nr̄

Jhesu vera libertas angelorum paradisus delicie Memento testis et horonis quos sustinebas quando omnes inimici tui quasi leones ferociissime te circumsteterunt et colaphizationibus conspuitionibus nuditatibus aceruisq; in auditus penis te molestauerūt et per omnia contumeliosa verba z dira tormenta. Domine ihesu xp̄e per penas quibus te omnes inimici tui afflixerunt. Deprecor te ut liberes me ab omnibus inimicis meis visibilibus et invisibilibus et dones me sub umbra alarum tuarū tuam protectionem salutis eterne invenire amen. Pater noster qui es. Ave maria.

Jhesu mundi fabricator quē nulla dimensio vero interminato metitur qui terram palmo concludis recordare amantissimi doloris quam sustinebas cum sanctissimas manus tuas ad crucē obtusis clauis primo affixerunt et ad perforandum delicatissimos pedes tuos cum non esses conueniens voluntati eorum: dolorem sup dolorem vulneribus tuis addiderunt et ita crudeliter te distraxerūt et extenderunt in longum et latum cruas tuc ut dissolui rentur compagines membrorum tuor. Deprecor te per ipsius sacratissimū in cruce doloris memoriā ut des michi timorem et amorem tuum amen. Pater nr̄. Ave maria.

Jhesu celestis medice recordare languoris et doloris

quos in alto cruas patibulo
leuatus passus es in omni
bus dilaceratis membris tu
is quorum nullum in suo
statu recto pmanserat ita ut
nullus dolor similis tuo dolo
ri inuenitur quia a plan
ta pedis usq; ad uerticem ca
pitis non fuit ulla sanitas
et tunc omniū dolorū in me
mor patrem pro inimicis pe
exorasti dicens. pater ignosce
illis quia nesciunt quid fa
ciunt. per hanc misericordiā
et ob memoriam illius dolo
ris concede ut hec memoria
passionis tue amantissime
sit omniū peccatorū meorū
plena remissio amē. pat' nr.

O Jhesu speculū
clarissime eter
ne. memento
illius meroris
quem habuisti quando i spe
culo serenissime maiestatis
tue conspexisti predestinatio
nem electorum tuorū per me
rita tue passionis salvandor
et reprobationem malorum
in multitudine dampnādo
rum et per abyssum miseria
tionis tue qua nobis pditis
et desperatis peccatoribz tunc
condoluisti et precipue quā
tatem in cruce exhibuisti. di
cens hodie mecum eris in pa
radiso. Rogo te ihū pie ut
facias mecum hanc miseri
cordiā tuam in hora mortis
mee amen. patr nost. aue.

O Jhesu rex amia
bilis amice to
tus et desidera
bilis. memēto
illius meroris quem habuis
ti quando nudus et miseria
bilis in cruce pependisti et
omnis amica tua et noti adu
sum te stetерunt et nullum
consolantem inuenisti nisi solūmodo dilectum genu
tricem tuam in amaritudi
ne anime tue fidelissime al
tamē quam dilecto discipu
lo tuo commendasti dicens.
Mulier ecce filius tuus. dein

de diuisth. Ecce mater tua. Ro
go te pie ihū per gladiū dolo
ris qui tunc animā eius p
transiuit ut cōpatiaris mi
chi in omnibus tribulatio
nibus et afflictionibus mee
is corporalibus et spirituali
bus et da michi consolatio
nem tuam in omni tribula
tionus et temptationus tem
pore amen. Pater nr. Auc.

Iheu alpha et
o ma et initius
in omni me
dio recordare
quod a summo capitis usq;
q; ad plantam pedis te sit
pro nobis in aqua passionis
dimersisth propter latitudi
nem et magnitudinē mi
serierum tuorum doce me per
veram cantatem latū man
datum tuum in peccatis in
nus dimersum amē. pr nr

Ihū abyssus
profundisse
misericordie
rogo te propt

profunditatē vulneruū tuor
que transierunt carnē meam
medullam ossium ac visce
rum tuor ut me submersū
in peccatis emergas et absco
das me in foraminib; vul
nerum tuorū a facie ire tue do
nec pertranseat furor tuus do
mine amen. pr nr. Ave ma.

Ihesu fons in
hauste piecatis
qui ex intimo
dulcedinis af
fectu in arbore pendens duxisth
Sancto. salutē salutē humā
ni generis accende qs nostrū
desiderium ad omne opus pfec
tum et gratum carnalis cōcu
piscentie ac estum mundane
dulcedinis in nobis penitus
refrigera et extingue amen.

Ihesu pr nostr.
dulcedo cordiū
ingens qs tua
initas mentiū
per amantissimē accen et fer
vis quā pro nobis sustinuis
ti et degustasth in hora mor

ns nostr concede nobis cor
pus et sanguinē tuū digne
paperr ad remediū et consolationē animarum nostrar

amen .pr̄ nr̄.
Jhesu regalis
virtus imbilis
q; mentalis.
memento angustie et dolors
quem passus es quando pre
mortis amaritudinē i nudor̄
insultatione cum magna vo
ce te a deo patre derelictum cla
masti dicens. deus meus de
us meus ut quid derelinquisti
me. per hanc angustiā i dolo
rem peto te ut in angustijs
mortis nostre ne derelinquas
nos dīc deus noster amen.

Jhesu nc pr̄ nr̄
nitatis speculū
vnitatis signū
caritatis vinculum. memento inumerabi
lium vulnerū tuor̄ multitu
dinē quibus a summo capi
tis usq; ad ymū pedis vul
neratus fuisti et ab impijs
nudis lacrimis fusis et sac
tissimo sanguine tuo rubri
catus quam magnitudinē
dolorū in virginea carne tu
a ptulisti pro nobis pie ihū
quid ultra debuisti facere q̄
non feisti: scribe queso pie
ihū omnia vulnera tua in
corde meo pcaosissimo san
guine tuo ut in illis legam
dolorem et amorē ut in gra
tiarum actione usq; in finē
vite mee valeam pficere. a

men .pater nr̄.
Jhesu leo fortis
sime rex īmor
talis et mitis
tissime. memento dolors
quem passus es quando om
nes vires cordis et corporis
tui tibi penitus defecerunt i
inclinato capite dixisti cōsu
matū est. per hanc angusti
am et dolorem miserere mei
in ultima consūmatione ex
itus spūs mei cum aīa mea
unita fuerit et spūs meus
consolatus amen .pr̄ nr̄.

Jhesu vnigeni
te altissimi pa
tris splendor
et figura sub
stancie eius. memento sub
nixe commendationis qua
spiritum patri cõmendasti
dicens. pater in manus tu
as commendo spm meum.
et lacerato corpore ruptoq;
corde cum ualido clamore
patefactis uisceribus mise
ricordie tue pro nobis red
emendis exspirasti. per hãc
pretiosissimã mortem tuã.
precor te rex sanctorũ confor
ta me ad resistendũ dyabolo
mundo carni et sanguini
ut mundo moriturus tibi u
nam et in nouissima hora
exitus mei subsipe ad te reuer
tentẽ spiritum meũ exulem
et peregrinum amen. pñr

Jhesu nutis ue
ra et fecunda.
memento su
per affluen
tis et habundantis effusio
nis sanguinis tui quem tu
sicut de uotio expresso copio
se effudisti quando in arbo
re aulari solus calcasti et ex
lancea militari pfosso latere
nobis sanguinem et aquã
propinasti ita ut nec mini
ma gutta in te remaneret
et tunc demũ quasi mori
turus in altum suspensus
fuisti et delicata caro tua c
nauit et liquor uisceri tuo
rum exarsit et medulla os
suum tuor emarcuit. p hãc
amarissimã passionẽ tuã
et pretiosissimu sanguinis
tui effusionem. o diuinas in
su uulnera cor meum ut pe
netrent et amoris lacrime
sint michi panes die ac noc
te et conuertat me totaliter
ad te ut cor meum tibi ppe
tuo fiat habitabile et con
uersatio mea tibi placita
sit semp et accepta ac finis
uite mee ita laudabilis ut
post hmus uite terminũ te
merear laudare cũ omnib;

sanctis tuis meternum amē
pater noster. aue maria. Cir
do in deum. ac. ℣. xp̄us fact⁹
est pro nobis obediens usq;
ad mortem: mortem autem
crucis. Oratio.

GRatias ago tibi
saluator mundi
domine ihesu xp̄e
qui uoluisti pro redemptio
ne mundi: a iudeis reproba
ri a iuda osculo tradi inimi
cis alligari ut agnus inno
cens ad uictimam duca atq;
conspectibus anne cayphe
pylati et herodis indecenter
offerri a falsis quoq; testib;
accusari flagellis et obpro
briis uexari conspui spinis
coronari colaphis cedi i cru
ce leuari atq; inter latrones
deputari clauoꝝ quoq; acu
leis pforari lancea uulnera
ri felle et aceto potari crucifi
gi mori sepeliri. Gratias ago
tibi domine ihu xp̄e pro hijs
omnibus misericordijs tu
is et precor per hec omnia i
sanctam annunciationē tu
am incarnationē natiuita
tem circumcisionē apparitio
nem et baptismū ieiunii et
temptationem transfigura
tionem passionem mortem
sepulturam resurrectionem
ascensionem et aduentum
sancti spiritus ut me a sup
bia. inuidia ira accidia cupi
ditate et ebrietate cum omni
luxuria corporis et anime a
a mortali peccato liberes et
in me humilitatem obedi-
am sobrietatē paciencia
continenciam ueram canta
tem cum ceteris uirtutibus
comitantes et me hodie i un
omni tempore amicos me
os uniuersos parentes et be
nefactores nec non omēs qui
se meis orationibꝫ indignus
cōmendauerunt et mei me
moriam in suis facient pre
cibus insup omēs homines
et feminas qui in me et per
me peccauerunt ab omni
bus insidijs et laqueis et

temptationibus omnium
inimicorum visibilium et
invisibilium expias et a fu
mine tocius mundi et ab
invasione spūs in mundi
et ab omni malo periculo
corporis et animę et a pęnis
infernu potenter expias et
defendas remissionemq; oī
um peccatorum et spaciū
veræ penitencium et emen
dationem vitę et felicem cō
summationem nobis tri
buas et animas omniū fi
delium defunctorum requie
ętna colloces nos q; pariť
cum ipsis ad vitam ętnā
post obitum pducas. Qui
vivis et regnas deus p oīa
secula seculorum amen pō

devota ad xpm

Domine deus om
nipotens qui
fecisti celum et terrā mare
et omnia quę in eis sunt
et me ad ymaginem et si
militudinē tuam plasmasti
tu te toto corde meo laudo.
te magnifico te adoro te sem
per benedico tibi gracias a
go de omnibus bonis tuis
et beneficiis tuis quibus mi
fecisti: te adoro tu cum exau
disti orationes electorū tuor
ab initio mundi. Exaudi me
domine miserum peccatorē
cotidie peccantem et in pec
catis iacentem: tu dixisti do
mine mi dulcissime nolo
mortem peccatoris. sed iqua
cūq; die conversus fuerit pec
cator vita vivet et non mo
rietur et ego reverterar ad te
domine in toto corde meo qā
minus peccavi cogitando lo
quendo operando ideo precor
te domine dulcissime ihū
xpē ut delicas omnia delicta
mea pro amore sancte ma
tris tue dulcissime virginis
marie et pro meritis omniū
sanctorum tuorum et sanc
tarum tuarum adiuva me
p sanctum angelum tuum
et per septem dona spūs sā
augmenta in me domine idem

spem cantatem et da mihi
sapientiam sobrietatem hu
militatem patientiam cal
titatem dilectionem dei ꝛ pxi
mi per passiones apostolo
rum et martirum tuorũ.
Deus propicius esto mihi
peccatori et per omnium sanc
torũ tuorum supplicationes
salua me sancte deus conser
va me saluator meus expel
le a me omẽs fantasias dya
boli ut habeant potestatem
nocere mihi sed sint omnes
inimici mei longe a me. ut
sanet quia tu es deus adiu
tor meus qui es benedictus
in secula seculorum amẽ. ℣.
Confirma hoc deus quod o
patus es in nobis: a templo
tuo quod est in hierusalem
tibi offerunt reges munera.
Oremus. collẽ
Omnipotens sem
piterne deus qui
dixisti nolo mortem pecca
toris sed magis ut conuertatur
et viuat: exaudi me in dig
num peccatorem et hunc diẽ
me facere transire sine infes
tationibus dyaboli ut nul
lum patiar nullum dãpnũ
nullam ignominiam sed
signo sancte crucis me tecũ
custodias pacem et caritatẽ
mihi concedas et corpus me
um da tuis gratulari donis
ut anima mea quã redemis
ti gloriam tuam non amit
tat sed cum extrema dies mi
hi aduenerit inter sanctos
et electos tuos me collocare
digneris. Qui vivis et regi
nas deus per omnia secula
seculorum amen. oro deuota

Omnipotens deus oi
potens qui celũ
et terram creasti
et me ad ymaginem et simi
litudinem tuam plasmasti
et animam mihi de celo tri
buisti te deprecor et supplico
ut non me despicias sed pia
biliter exaudias confessio
nem meam quam tibi con
fitebor ex omnibus viribus repler?

sum. videlicet. Superbia. Invidia. ira. avaritia. vana gloria. gula luxuria. odio detractione iactantia falso testimonio pravis iuramentis cogitationibus malis luxuriis fornicationibus immunditiis et in multimodis corporis domum suscepi indignia corde polluto et corpore in mundo furto avaritia et in dilectionibus malis et pravis operibus et omnibus viis quam peccatum et concepti a diebus nativitatis mee usque in hunc presentem diem in cogitatione locutione et opere. Domine deus meus rex omnipotens hec tibi omnia confiteor et sancte marie matri tue sancto que michaeli archangelo tuo et omnibus angelis tuis et sancto iohanni et omnibus prophetis et sancto petro et omnibus apostolis et sancto stephano et omnibus martiribus et sancto nicholao et omnibus confessoribus et sancte katherine et omnibus virginibus et omnibus sanctis tuis et veram me de omnibus his profiteor et veniam peto suppliciter ut ira tua non veniat sup me peccatorem sed indulgeat michi dñe deus meus omnia peccata mea quia tu es misericors et miserator omnibus invocantibus te. Et tibi domine commendo animam meam corpus meum sensum meum intellectum meum memoriam meam fidem meam spem meam caritatem meam proximam meam. Visum gustum auditum. Et omnes cogitationes locutiones actiones omnes que necessitates meas omnia que interiora et exteriora anime et corporis in vita et in morte et in hora ultima necessitatis mee dispone ea domine deus meus secundum tuam v

luntatem et pietatem
meam q3 necessitatem
ac salutem Et consola
me hodie cum dictus
omnibus vite mee et pr
duc me cum omnib3 sanc
tis tuis propter gloriam
nominis tui domine ad
requiem sempiternam et
consolationem. ℣ Dom
ne exaudi orationem meam
℟ Et clamor meus ad te
veniat ℣ Dominus Oratio
Omnipotens sem
piterne deus supp
plices te rogamus ut sic
tam trinitatem in hoc mu
do ita nos facias firmiter
fideliter q3 recte vere
et supplices confiteri ut
in aliquo possimus cum
perfecte cognoscere et letan
ter fide ad fidem unice
ri qui in trinitate perfecta
vivis et regnas deus per
omnia secula seculo3um
Amen Oratio
Benedicto de pa
tris omnipotentis cum
angelis suis sanctis sit
super me omnibus diebz
vite mee Benedicto dn̄o ih̄u
xp̄o dn̄o nostro cum
apostolis suis sanctis sit
super me Benedicto spi
ritus sancti cum septem
donis suis sit super me.
Benedicto sancte marie
virginis genitrici dei et
domini nostri ih̄u xp̄i cū
omnibus virginibus su
is electis sit super me. Be
nedicto quatuor euāge
listarum cum quatuor e
vangeliis suis sit super
me. Benedicto sancte ec
clesie catholice cum om
nibus filiis suis electis
sit super me. Benedicat
me Pater Custodiat
me Jhesus xp̄i filius de
illuminet me spiritus
sanctus Confirmet me
virtus xp̄i Salvet me
sancta trinitas sanctum
te propter Et post istam

uitam producat animam
meam ad ciuitatem celeste
hierusalem ubi est lux hon
or laus et iubilatio et gra
tiarum actio per infinita se
cula seculorum Amen ℣
Dominus terram adoret te deus
et psallat tibi. ℟ Psalmū
dicat nomini tuo Dominus
Domine iesu ℟ō
christe fili dei viui
qui es verus et omnipotens
deus splendor et ymago pa
tris et vita eterna qui es ab
eterno patre et spiritu sancto
equus honor eadem gloria
coeterna maiestas vna sub
stantia te adoro te benedico
te laudo te glorifico ne me
obsecro perire patiaris sed
salua et adiuua me gratia
tue miserere tuo quem
dignatus es redimere pre
tioso sanguine tuo. Qui
vivis i regnas cum deo ℣
Dominator domi
ne deus omnipo
tens qui es trinitas vna pa

tri cum filio filius in patre
cum spiritu sancto qui es
semper in omnibus et eras
ante omnia secula et es be
nedictus per omnia deus in
secula Commendo animā
meam in manus potentie
tue ut custodias eam diebz
ac noctibus horis atque
momentis Miserere mei
domine rex angelorum di
rige me rex archangelorz
Custodi me per oracionē
patriarcharum per merita
prophetarum per suffragia
apostolorum per victorias
martirum per fidem confes
sorum qui tibi placuerit
ab initio mundi Direct pro
me letanis alel qui primus
natus est coronatus Direct
pro me sanctis Innoch
qui ambulauit recte coram
deo et translatus est amū
do Direct pro me sanctus
noe quem seruauit deus
in diluuio propter mise
ricordiam suam Roget pro

me fidelis Abraham qui
primus credidit in deum
et reputata est fides ad iu
stitiam Interueniat pro me
iustus ysaac qui oblatus
fuit patri suo pro salute
mundi Dret pro me sanc
tus Jacob qui iuit angc
los de uenientes in auxi
lium sibi Dret pro me ses
fioy les dum quo locutus
est deus Subueniat mihi
sanctus dauid quem ele
gisti regem secundum cor
tuum domine Dret pro me
sanctus helyas quem ele
uasti in curru igneo usq;
ad celum Dret pro me ses
helyseus qui duplicatum mi
rum post mortem Dret p
me sanctus ysaias cuius
mundata fuit labia igne
celesti. Licet michi beatus ie
remias quem sanctificasti
in utero matris sue Dret
pro me sanctus ezechiel
propheta qui uidit visio
nes mirabiles Dret pro
me sanctus daniel propte
ta desiderabilis domini qui
soluit somnium regis inter
pretatus est ea et bis trina
tus de lacu leonum et tres
pueri illesi fuit ab igne
et duodecim prophete. salu
et Dlee. amos. michias.
ioel. abdias. alachuc. ionas
naym. sophonias. aggeus.
zacharias. malachias. et
eldre. Nos omnes unusquis
in auxiliuum meum Dret
pro me sanctus iohannes
baptista. quem sanctificasti
in utero matris sue. Ad
iuuant michi omnes apli
domini nostri ihu xpisti
Petrus. Paulus. Andre
as. Johannes. Jacobus.
Philippus. Bartholome
us. Thomas. Matheus.
Symon. Thadeus. Bar
nabas. Mathias. Et om
nes martires tui xpisti re
plle a me domine iocun
ditate tua. Et da mi
chi domine misericordiam ab

stuentie fuga a me domine spū fornicationis et da mihi ardorem castitatis
Extingue a me cupiditatem et da mihi voluntatem et paupertatem et humilitatem mecum et
accende in me animam sanctam et orationem dei et proximi mei. Abscide a me tristiciam sensu et augge in me gaudium spūale
Expelle a me iactancias meritus et tribue mihi compunctionem cordis. Abstrahe a me superbiam meā et perfice in me humilitatem meam. Indignus ego sum et infelix quis me letificabit de corpore mortis huius nisi gratia domini nostri ihu xpi qua ego peccator sū et innumerabilia sunt peccata mea et non sum dignus vocari filius tuus Exaua in me fletum mollificā cor meum in

unum et lapideum et accende in me ignem amoris rex meus et deus meus
Qui vivis et regnas deus per omnia secula seculorum amen ℣ Domine exaudi orationem meam ℟
Et clamor meus ad te veniat ℣ Dominus vobiscum ℟ Et cum spū tuo
Oremus
Omnipotens sempiterne deus qui nos ad principium huius diei perducere dignatus es tua nos hodie salua virtute ut in hac die ad nullum delabamur peccatum nec ullum incurramus periculum sed semper ad tuam iustitiam faciendam omnis nostra eloquio tuo moderamine dirigatur per eum qui tecum dominatur in unitate spūs sancti deus per omnia secula seculorum amen

Hūc psalmū frat eldras quād
renouauit legem dñi cōbustā.

ps dauid de xpisto ad litterā.

rabuntur ꝺon sic impy no
sic.sed tamquam pulus quē
proiat uentus a facie terre.
ꝺeo non resurgunt impy
in iudicio: neq; peccatores in
consilio iustorum ꝙuoniā
nouit dominus viam iustoꝝ
et iter impiorum peribit.

Beatus
uir qui
non abiit
in consilio impioꝝ
et in uia peccatorum non ste
tit: et in cathedra pestilentie
non sedit sed in lege dñi
uoluntas eius: et in lege eius
meditabitur die ac nocte et
erit tamquam lignum quod
plantatum est secus decursus
aquarum: quod fructum suū
dabit in tempore suo et fo
lium eius non defluet: et om
nia quecunq; faciet prospe

Quare fremuerunt
gentes: et populi
meditati sunt in
nania astiterunt reges ter
re et principes conuenerunt
in unum adversus dominū:
et adversus xp̄m eius
nūpamus uincula eorum:

et proiciamus a nobis iugum
ipsorum Qui habitat in
celis irridebit eos: et dominus
subsannabit eos Tunc lo
quetur ad eos in ira sua: et in
furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus
sum rex ab eo super syon mõ
tem sanctum eius: predicans
preceptum eius Dominus
dixit ad me filius meus es tu:
ego hodie genui te Postu
la a me et dabo tibi gentes he
reditatem tuam: et possessio
nem tuam terminos terre.
Reges eos in uirga ferrea:
tamquam uas figuli confrin
ges eos Et nunc reges in
telligite: erudimini qui iudica
tis terram Seruite domiõ
in timore: et exultate ei cum
tremore Apprehendite
disciplinam nequando irascа
tur dominus: et pereatis de via
iusta Cum exarserit in bre
ui ira eius: beati omnes qui
confidunt in eo Gloria pa
tri et filio Sicut erat. ɔc.

Psalmus dauid de persecu
one qua persecutus est eum
absolon.

Domine quid mul
tiplicati sunt qui
tribulant me:
multi insurgunt aduersum
me Multi dicunt animę
mee: non est salus ipsi in deo
eius Tu autem domine
susceptor meus es: gloria me
a: et exaltans caput meum.
Voce mea ad dominũ cla
mau: et exaudiuit me de mõ
te sancto suo Ego domi
mi et soporatus sum et exurre
xi: quia dominus suscepit me.
Non timebo milia populi
circundantis me: exurge dñe

salutum me fac deus meus qm tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa dentes peccatorum contrivisti. Tui est salus: et super populum tuum benedictio tua.

Psalmus david gratias agens deo pro liberatione sua a manibus saulis.

Cum invocarem exaudivit me deus iustitiae meae: in tribulatione dilatasti mihi.
Miserere mei: et exaudi orationem meam. Filii hominum usquequo gravi corde: ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium? Et scitote quoniam mirificavit dns sanctum suum: dns exaudiet me cum clamavero ad eum.
Irascamini et nolite peccare: quae dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium iustitiae et sperate in dno: multi dicunt quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui dne: dedisti laetitiam in corde meo.
A fructu frumenti: vini et olei sui multiplicati sunt. In pace in idipsum: dormiam et requiescam. Quoniam tu dne singulariter in spe: constituisti me.

Psalmus david ad impetrandam victoriam de inimicis suis.

Verba mea auribus

pape dñe: intellige clamorem
meum. Intende voci oratio
onis mee: rex meus et deus me
us. Quoniam ad te orabo
domine: mane exaudies vocē
meam. Mane astabo tibi et
videbo: quoniam non deus vo
lens iniquitatem tu es. Et
q; habitabit iuxta te malig
nus: neq; permanebunt iust
i ante oculos tuos. Odisti
omnes qui operantur iniqu
itatem: perdes omnes qui loqun
tur mendacium. Virum
sanguinū et dolosum abho
minabitur dñs: ego autem
in multitudine misericordie
tue introibo in domū tuā:
adorabo ad templum sancti
tuum in timore tuo. Domi
ne deduc me in iustitia tua pp
ter inimicos meos: dirige in cō
spectu tuo viam meā. In
non est in ore eorum veritas:
cor eorum vanum est. Se
pulchrum patens est guttur
eorum linguis suis: dolose a
gebant iudica illos deus. Et
cadant a cogitationibus suis
secundum multitudinē impie
tatum eorum: expelle eos quo
niam irritauerunt te domine. Et
letentur omnes qui sperant in
te: in eternum exultabunt et
habitabis in eis. Et gloriā
buntur in te omnes qui dili
gunt nomen tuum: quoniā
tu benedices iusto. Domine
ut scuto: bone voluntatis tue
coronasti nos. Gloria patri.

ps dd penitentis de superbia
sua in murmuratione populi.

Domine ne in fu
rore tuo arguas
me: neq; in ira
tua corripias me. Miserere

mei domine quoniã infirmus
sum sana me domine: quoni
am conturbata sunt omnia
ossa mea. Et anima mea
a turbata est valde: sed tu do
mine usq; quo. Convertere
re domine et eripe animam
meam: salvum me fac propt
er misericordiam tuã. Qm
non est in morte qui memor
sit tui in inferno autem quis
confitebitur tibi. Laboraui
in gemitu meo lauabo p sin
gulas noctes lectum meum
lacrimis meis stratum meũ
rigabo. Turbatus est a fu
rore oculus meus: inueterau
i inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omes qui
operamini iniquitatem: quo
niam exaudiuit dns vocem
fletus mei. Exaudiuit dns
deprecationem meam: dnus
orationem meã suscepit.
Erubescant et conturbentur
vehementer omes inimici mei:
convertantur et erubescant
valde velociter. Gloria pri.

Psalmus dauid penitentis
qua ignorantis fuit causa in
firmitatis sacerdotum dominum.

Domine deus meus in te speraui
salui me fac ex
omnibus persequentibus me
et libera me. Nequando ra
piat ut leo animam meam:
dum non est qui redimat ne
q; qui saluum faciat. Do
mine deus meus si feci istud:
si est iniquitas in manibus
meis. Si reddidi retribuen
tibus mihi mala: decidam
merito ab inimicis meis in
anis. Persequatur inimic9
animam meam: comprehen
dat et conculcet in terra uitã

meam et gloriam meã m pul
verem deducet. Exurge do
mine in ira tua: et exaltare in
finibus inimicorum meorũ.
Et exurge domine deus
meus in precepto quod man
dasti: et synagoga populor
circumdabit te. Et propter
hanc in altum regredere: do
minus iudicat populos. Iu
dica me domine secundum
iustitiam meã: et secundum
innocentiam meã super me.
Consumetur nequitia
peccatorum et diriges iustũ:
scrutans corda et renes deus.
Iustum adiutorium meũ
a domino: qui saluos facit
rectos corde. Deus iudex iu
stus fortis et patiens nũquid
irascitur p singulos dies. Ni
si conuersi fueritis gladium
suum uibrauit: arcum suum
tetendit et paravit illũ. Et
in eo paravit vasa mortis sa
gittas suas ardentibus effe
cit. Ecce parturit iniusti
am et cõcepit dolorem: et
peperit iniquitatem. Lacum
aperuit et effodit eum: et in
cidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in
caput eius: et in verticem ip
sius iniquitas eius descendet.
Confitebor domino secun
dum: iustitiam eius: et psal
lam nomini dñi altissimi.

Psalmus dauid de victoria
xpisti in passione sua.

Domine dominus
noster: quam ad
mirabile est no
men tuum in universa terra.
Quoniam eleuata est mĩ
sericordia tua: super celos.
Ex ore infantiũ et lacten

aum ptrahi laudem propter
inimicos tuos: ut destruas inimi
cum & ultorem. Quoniam videbo
celos tuos opa digitorum tuorum:
lunam & stellas que tu fundasti.
Quid est homo quod memor
es eius: aut filius hois
quoniam visitas eum. Minuisti
eum paulominus ab angelis
lis gloria et honore coronasti
eum: et constituisti eum super
opa manuum tuarum. Omnia
subiecisti sub pedibus eius
ues & boues vniuersas
insuper et pecora campi. Vo
lucres celi et pisces maris: qui
per ambulant semitas ma
ris. Domine dns noster: quam
admirabile est nomen tuum
in vniuersa terra.

Psalmus dauid de diuina in
dicio quod iudit filiumm de
xpisto.

Confitebor tibi
domine in toto
corde meo: nar
rabo omnia mirabilia tua
Letabor et exultabo in
te psallam nomini tuo al
tissime. In conuertendo
inimicum meum retrorsum:
infirmabuntur et peribunt
a facie tua. Quoniam fe
cisti iudicium meum et cau
sam meam: sedisti super
thronum qui iudicas iusti
ciam. Increpasti gentes
et periit impius: nomen
eorum delesti in eternum et
in seculum seculi. Inimi
ci defecerunt framee in fi
nem: et ciuitates eorum de
struxisti. Periit memori
a eorum cum sonitu: et do
minus in eternum permanet
Parauit in iudicio thro
num suum: et ipse iudica
bit orbem terre in equitate:

udicabit populos in iustitia
et factus est dominus
refugium pauper: adiutor
in opportunitatibus in tri
bulatione et sperent in
te qui nouerunt nomen tu
um: quoniam non dereli
quisti querentes te domine.
Psallite domino qui ha
bitat in syon: annuntiate
inter gentes studia eius.
Quoniam requirens san
guinem eorum: recordatus
est: et non obliuiscus clamorē
pauperum. Miserere mei
domine et vide humiliatē
meam: de inimicis meis.
Qui exaltas me de portas
mortis: et annuntiem oēs
laudes tuas in portis filie sy
on. Exultabo in salutari
tuo: infixe sunt gentes in in
teritu quem fecerunt. In
laqueo isto quem abscondēr
comprehensus est pes eorū.
Cognoscetur dominus
iudicia faciens in operibus
manuum suarum: compre
hensus est peccator. Con
tentur peccatores in infernū:
oēs gentes qui obliuiscun
tur deum. Quoniā non in
finem oblivio erit pauperis:
patientia pauperum non pi
bit in finem. Exurge domi
ne non confortetur homo:
iudicentur gentes in cōspec
tu tuo. Constitue domine
legislatorem super eos: sciāt
gentes quoniam homines
sunt. Ut quid domine re
cessisti longe: despicis in o
portunitatibus in tribulati
one. Dum superbit impius
incenditur pauper. compre
hendantur in consiliis qui
bus cogitant. Quoniam
laudatur peccator in deside
riis anime sue: et iniquus
benedicitur. Exacerbauit
dominū peccator: secundū
multitudinem ire sue non
quiret. Deus non est deus in
conspectu eius: inquinate
sunt me illius in omni tpe.
Auferuntur iudicia tua

a facie eius: omnium inimico
rum suorum dominabitur.
Dixit enim in corde suo
non movebor a generatio
ne in generationem sine
malo Cuius maledictio
ne os plenum est et amari
tudine et dolo: sub lingua ei
labor et dolor Sedet in in
sidijs cum divitibus in oc
cultis: ut interficiat innoc
tem Oculi eius in paupe
rem respiciunt: insidiatur
in abscondito quasi leo in
spelunca sua Insidiatur
ut rapiat pauperem: et ra
pe pauperem dum attrahit
eum In laqueo suo hu
miliabit eum: inclinabit se et
cadet cum dominatus fuerit
pauperum Dixit enim in
corde suo oblitus est deus: aver
tit faciem suam ne videat in
finem Exurge domine deus et
exaltetur manus tua: ne
obliuiscaris pauperes Pro
pter quod irritavit impius
deum: dixit enim in corde
suo non requires Vides qm
tu laborem et dolorem consid
eras: ut tradas eos in manus
tuas Tibi derelictus est
pauper orphano: tu eris adiu
tor Contere brachium pec
catoris et maligni: quaeretur
peccatum illius et non invc
nietur Dominus regna
bit in eternum et in seculum
seculi: pereatis gentes de terra
illius Desiderium pauper
exaudivit dns: preparationem
cordis eor audivit auris tua.
Judicare pupillo et humili:
ut non apponat ultra mag
nificare se homo super terram.

ps dd contra in die tempore
quo placuit deo
In dño confido. Quomodo

confido quomodo dicitis ani
me mee: transmigra in mon
tem sicut passer. Quoniã
ecce peccatores intenderunt
arcum paraverunt sagittã
suas in pharetra: ut sagit
tent in obscuro rectos corde.
Quoniam quem perfecti
destruxerunt: justus autẽ
quid fecit. Dominus in
templo sancto suo: domi
nus in celo sedes eius.
Oculi eius in pauperem
respiciunt: palpebre eius
interrogant filios homi
num. Dominus inter
rogat justum et impium:
qui autem diligit iniquita
tem: odit animam suam.
Pluit super peccatores
laqueos ignis: sulphur et
spiritus procellarum: pars
calicis eorum. Quoniã
justus dominus et justicia
as dilexit: equitatem vidit
vultus eius. Gloria pri
et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio.

psalmus dauid fugiens de acy
la ne tenderetur saulo.

Salvum me fac
dñe quoniam
defecit sanctus:
quoniam diminute sunt
veritates a filiis hominum
Vana loquuntur sunt v
nusquisq; ad proximũ suũ:
labia dolosa in corde et corde
loquuntur sunt. Disperdat
dns vniuersa labia dolosa:
et linguã magniloquam.
Qui dixerunt linguam
nostrã magnificabimus
labia nostra a nobis sunt:
quis noster dns est. Propp
ter miseriã inopũ et gemitũ

pauperē: nunc exurgā dicat dñs. Eloquia dñi eloquia casta argentū ignitū examinatū: probatū terre purgatū. septuplum. Tu dñe seruabis nos & custodies nos: a generatione hac in eternū. In circuitu impi ambulant: secundū altitudinem tuam multiplicasti filios hominū.

psalmus dauid de quatuor regnis affuturis filios israel.

Usquequo dñe oblivisceris me in finē. Usquequo auertis faciem tuam a me. Quādiu ponā consilia in anima mea: dolorē in corde meo per diem. Usquequo exaltabitur inimicus meus sup me: respice & exaudi me domine deus meus. Illumina oculos meos ne vnquā obdormiā in morte: nequando dicat inimicus meus preualui aduersus eum. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autē in misericordia tua speraui. Exultabit cor meū in salutari tuo. Cantabo dño qui bona tribuit michi: & psallā nomini domini altissimi.

Psalmus dd de nabugodonosor blasphemātē deū.

Dixit insipiens: in corde suo non

est deus. Corrupti sunt et
abhominabiles facti sunt in
studijs suis: non est qui faci
at bonum non est usq; ad u
num. Dominus de celo pr
spexit sup filios hoim: ut vid
at si est intelligens aut requ
rens deum. Omnes decli
nauerunt simul inutiles fac
ti sunt: non est qui faciat bo
num: non est usq; ad vnum.
Sepulcrum patens est
guttur eorum linguis suis
dolose agebant: venenū aspi
dum sub labijs eorū. Quo
rum os maledictione et amā
ritudine plenum est: veloces
pedes eorum ad effundendū
sanguinē. Contritio et mi
sericordia in vijs eorū et viā
pacis non cognouerunt. nō
est timor dei ante oculos eor.
Nonne cognoscent omēs
qui operantur iniquitatē: qui
deuorant plebem meā sicut
escam panis. Dominum
non inuocauerunt: illic trepi
dauerūt timore: ubi nō erat

timor. Quoniā dñs in ge
neratione iusta est consiliū
inopis confudistis: quīn dñs
spes eius est. Quis dabit
ex syon salutare israel cum a
uerterit dñs captiuitatē ple
bis suc: exultabit iacob. et
letabitur israel.

ps dauid ostendens quis esset
dignus habitare in jherusalē.

Domine quis ha
bitabit in taber
naculo tuo: aut
quis requiescet in monte scō
tuo. Qui ingreditur sine
macula et operatur iusticiā.
Qui loquitur veritatem i
corde suo: qui non egit dolū

in lingua sua. Nec fecit pri
mo suo malu: et obprobriu
non accepit aduersus proxi
mos suos. Ad nichilu deduc
tus est in conspectu eius
malignus: timentes autem
dominu glorificat. Qui iu
rat proximo suo et non de
cipit qui pecuniã suam non
dedit ad usuram: et munera
super innocentẽ non accepit.
Qui facit hec: non com
mouebitur in eternum.

ps dd de xpo homine petente
se confirmari a patre.

Conserua me dñe
quoniam speraui
in te: dixi domino

deus meus es tu quoniã bo
norum meorum non eges.
Sanctis qui sunt in terra
eius: mirificauit omes uolũ
tates meas in eis. Multi
plicate sunt infirmitates eor:
postea accelerauerũt. Non
congregabo conuenticula eo
rum de sanguinibus: nec
memor ero nominum eorũ
per labia mea. Dominus
pars hereditatis mee et calicis
mei: tu es qui restitues here
ditatem meã mihi. Funes
ceciderunt mihi in pre
claris: et enim hereditas mea
preclara est mihi. Benedi
cam dominũ qui tribuit
mihi intellectum: insuper et
usq; ad noctem increpuerũt
me renes mei. Prouidebã
dominum in conspectu meo
semp: quoniã a dextris est mi
ne commouear propter
hoc letatum est cor meũ et ex
ultauit lingua mea: insuper
et caro mea requiescet in spe.
Quoniam non derelinques aiã

mea in inferno: nec dabis sanc
tum tuū videre corruptionē.
Notas mihi fecisti vias
vite ad implebis me lecicia.
cum vultu tuo: delectationes
in dextera tua usq; in finem.

ps dauid petentis se liberari
a persecutione saul.

Exaudi deus iusti
ciam meam: in
tende deprecatio
nem meam. Auribus pa
pe orationem meam: non
in labys dolosis. Ex vul
tu tuo iudicium meum pro
deat: oculi tui videant equi
tates. Probasti cor meū &
visitasti nocte igne me exa

minasti: et non est inuenta
in me iniquitas. Ut non
loquatur os meum opa ho
minum: propter verba la
biorum tuorum ego custodi
ui vias duras. Perfice
gressus meos in semitis tu
is: ut non moueantur uesti
gia mea. Ego clamaui
quoniam exaudisti me ds:
inclina aurem tuam mihi
et exaudi verba mea. Mi
fica misericordias tuas: qui
saluos facis sperantes in te.
A resistentibus dextere tue
custodi me: ut pupillā ocu
li. Sub umbra alarū tuarū
protege me: a facie impio
rum qui me afflixerunt. Ini
mici mei animā meam ac
cenderunt: adipem suū con
clusserunt: os eorū locutum
est superbiam. Proiacentes
me nunc circumdederunt me:
oculos suos statuerunt decli
nare in terrā. Suscepit
me sicut leo paratus ad predā:
et sicut catulus leonis ha

britans in abditis. Exurge
dñe preuen eum et supplãta
eum eripe aiãm meã ab im
pio: framcã tuam ab inimi
cis manus tue. Domine
a paucis de terra diuide eos in
uita eorũ: de absconditis tu
is adimpleti est uenter eor.
Saturati sunt filijs: et dimi
serunt reliquias suas paruulis
suis. Ego autẽ in iustitia
apparebo conspectui tuo: satia
bor dũ apparuerit gloria tua.

Psalmus dauid pro liberatio
ne sua qua liberauit eum do
minus de manu saul.

Diligam te domine
virtus mea dns
firmamentum
meum. et refugium meũ et li
berator meus. Deus meus
adiutor meus: et sperabo in
eum. Protector meus et cor
nu salutis mee: et susceptor
meus. Laudans inuocabo dominum: et ab inimicis
meis saluus ero. Circum
dederunt me dolores mortis:
et torrentes iniquitatis con
turbauerunt me. Dolores
inferni circumdederunt me:
preoccupauerunt me laquei
mortis. In tribulatione
mea inuocaui dominũ: et ad
deum meũ clamaui. Et ex
audiuit de templo sancto su
o uocem meã: et clamor me
us in conspectu eius introi
uit in aures eius. Cõmo
ta est et contremuit terra fũ
damenta montium conturbata sunt. commota sũt quo
niam iratus est eis. Ascendit fu
mus in ira eius: et ignis a
facie eius exarsit. carbones
succensi sunt ab eo. Inclina
uit celos et descendit: et

caligo sub pedibus eius. Et
ascendit sup cherubim et vola
vit: volauit sup pennas ve
torum. Et posuit tenebras
latibulum suum in circuitu
eius tabernaculum eius: te
nebrosa aqua in nubibus a
eris. Prefulgore in conspec
tu eius nubes transierunt:
grando et carbones ignis.
Et intonuit de celo dns: et
altissimus dedit vocem suam.
grando et carbones ignis.
Et misit sagittas suas et
dissipauit eos: fulgura mul
tiplicauit. et conturbauit eos.
Et apparuerunt fontes a
quarum: et reuelata sunt fun
damenta orbis terrarum ab
increpatione tua dns: ab in
spiratione spus ire tui. Misit
de summo et accepit me: af
sumpsit me de aquis multis.
Eripuit me de inimicis
meis fortissimis: et ab hijs q
oderunt me quoniã confortati
sunt sup me. Preuenerunt
me in die afflictionis mee: et
factus est dominus protector
meus. Et eduxit me in la
titudine: saluum me fecit qm
voluit mi. Et retribuet mi
dominus secundum iustitiã
meam: et secundum puritatẽ
manuum mearum retribuet
mihi. Quia custodiui vi
as domini: nec impie gessi
a deo meo. Quoniam om
nia iudicia eius in conspectu
meo: iustitias eius non repu
li a me. Et eram immaculatus
cum eo: et obseruabo me ab
iniquitate mea. Et retribu
et mihi dominus secundum
iustitiam meam: et secundũ
puritatem manuum mearũ
in conspectu oculorum eius.
Cum sancto sanctus eris:
et cum viro innocente. inno
cens eris. Et cum electo ele
ctus eris: et cum peruerso per
teris. Quoniam tu popu
lum humilem saluum facies:
et oculos superborũ humiliabis.
Quoniam tu illuminas
lucernam meã dñe: deus

meus illumina

meus illumina tenebras me
as. Quoniam in te cupiat
a temptatione: et in deo me
o transgrediar murum. Ce
us meus inpolluta via eius
eloquia dominum igne exami
nata: protector est omnium
sperantium in se. Quoni
am quis deus preter domi
num: aut quis deus preter
deum nostrum. Deus qui
precinxit me uirtute: et posu
it immaculatam uiam me
am. Qui perfecit pedes me
os tanquã cernorum: et su
per excelsa statuens me.
Qui docet manus meas
ad prelium: et posuisti ut
arcum eneum brachia mea.
Et dedisti mihi protecti
onem salutis tue: et dextera
tua suscepit me. Et disci
plina tua correxit me in finẽ:
et disciplina tua ipsa me do
cebit. Dilatasti gressus
meos subtus me: et non si
infirmata uestigia mea.
Persequar inimicos me
os et comprehendam illos: et
non conuertar donec deficiat.
Confringam illos nec po
terunt stare: cadent subtus
pedes meos. Et precinxisti
me uirtute ad bellum: et sub
plantasti insurgentes in me
subtus me. Et inimicos
meos dedisti mihi dorsum:
et odientes me disperdidisti.
Clamauerunt nec erat q̃
saluos faceret ad dominum:
nec exaudiuit eos. Et cõ
minuet eos ut puluerem an
te faciem uenti: ut lutũ pla
teanum delebo eos. Eripi
es me de contradictionibus
populi: constitues me in ca
put gentium. Populus
quem non cognoui seruiuit
mihi: in auditu auris obe
diuit mihi. Filii alieni
mentiti sunt mihi: filii alie
ni inueterati sunt: et claudi
cauerunt a semitis suis. Vi
uit dominus et benedictus
deus meus: et exaltetur deus
saluris mee. Deus qui das

vindictas mihi et subdis populos sub me: liberator meus ab inimicis meis et ab insurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in populis domine: et nomini tuo psalmum dicam. Magnificans salutes regis eius et faciens misericordiam xpisto suo dauid: et semini eius usq; in seculum. Gloria patri.

Psalmus dauid regratiantis deo de damnatione legis.

Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum: et nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquele neq; sermones: quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tanq; sponsus procedens de thalamo suo exultauit ut gygas ad currendam viam: a summo celo egressio eius. Et occursus eius usq; ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius. Lex domini immaculata conuertens animas: testimonium dñi fidele sapientiam prestans pusillis. Iustitie domini recte letificantes corda: preceptum domini lucidum illuminans oculos. Timor dñi sanctus permanet in seculum seculi: iudicia dñi uera iustificata in semetipsa. Desiderabilia super aurum et la

pidem preciosum multum: t
dulgora sup mel et fauum.
Etenim seruus tuus custo
dit ea: in custodiendis illis
retributio multa. Delicta
quis intelligit ab occultis me
is munda me: et ab alienis p
ce serui tui. Si mei nó fue
rint dominati tunc immacula
tus ero: et emundabor a delic
to maximo. Et erunt ut
complaceant eloquia oris
mei: et meditatio cordis mei
in conspectu tuo semp. Do
mine adiutor meus et redep
tor meus. Gloria patri.

ps dauid ad ipetrandū victoriā
exercitu suo in absentia sua.

Exaudiat te dominus in die tribu
lationis: protegat te nomen dei iacob. Mittat
tibi auxilium de sancto:
et de sion tueatur te. Re
mor sit omnis sacrificij tui:
et holocaustum tuum pin
gue fiat. Tribuat tibi se
cundum cor tuum: et omne
consilium tuum confirmet.
Letabimur in salutari tu
o: et in nomine dei
nostri magnificabimur.
Implicat dominus om
nes petitiones tuas: nunc
cognoui quoniam saluum
fecit dominus xpm̄m suū.
Exaudiet illum de celo
sancto suo: in potentatibus
salus dextere eius. Hi in
curribus et hi in equis: nos
autem in nomine domini dei
nostri invocabimus. Ipsi
obligati sunt et ceciderunt:
nos autem surreximus et e
recti sumus. Domine sal
uum fac regem: et exaudi

nos in die qua invocaverim?
℟. Gloria patri et filio. ꝛc.

Psalmus dauid de magnificentia regni xpisti.

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer.
Desiderium cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.
Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.
Vitam petit a te: et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum et in seculum seculi.
Magna gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo.
Quoniam rex sperat in domino: et in misericordia altissimi non commovebitur.
Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inveniat omnes qui te oderunt.
Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos et devorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra peres: et semen eorum a filiis hominum.
Quoniam declinaverunt in te mala: cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire.
Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis preparabis vultum eorum.
Exaltare domine in virtute tua: cantabimus et psallemus virtutes tuas.
Gloria patri Sicut erat.


INRI

m principio et nunc et semp ꝛ
in scla seculoꝝ. a. ℘s dauid
ad litteram de passione xpisti

Deus deus meus respice in me: quare derelinquisti me longe a salute mea uerba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem et non exaudies: et nocte et non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas: laus israel. In te speraverunt patres nostri: speraverunt et liberasti eos. Ad te clamaverunt et salui facti sunt: in te speraverunt et non sunt confusi. Ego autem sum vermis et non homo: obprobrium hominum et abiecto plebis. Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis ꝛ mouerunt caput. Speravit in domino eripiat eum: saluum faciat eum quoniam
uult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de uentre ℘s mea ab uberibus matris mee: in te proiectus sum ex utero. De uentre matris mee deus meus es tu: ne discesseris a me. Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet. Circumdederunt me uituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt sup me os suum: sicut leo rapiens et rugiens. Sicut aq effusus sum: et dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens: in medio uentris mei. Aruit tanq̃ testa uirtus mea ꝛ lingua mea adhesit faucibus meis: et in puluerem mortis deduxisti me. Quoniam circumdederunt me canes multi: consilium malignantiu obsedit me. Foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerunt et inspexerunt

runt me: dimiserunt super uestimenta mea: et super uestē meā miserunt sortem. Tu autē domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice. Erue a framea deus animam meā: et de manu canis unicam meā. Salua me ex ore leonis: et a cornibus unicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Qui timetis dominum laudate eum: universum semen iacob glorificate eum. Timeat eum omne semen israel: quoniam non sprevit neque despexit deprecationem pauperis. Nec auerit faciem suam a me: et cum clamarem ad eum exaudiuit me. Apud te laus mea in ecclesia magna: uota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscentur et conuertentur ad dominum: universi fines terre. Et adorabunt in conspectu eius: universe familie gentium. Quoniam domini est regnum: et ipse dominabitur gentium. Manducauerunt et adorauerunt omnes pingues terre: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima mea illi uiuet: et semen meum seruiet ipsi. Annunciabitur domino generatio uentura et annunciabunt celi iustitiam eius populo qui nascetur: quem fecit dominus. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Sicut erat.

pś dauid regratiatus deo de p
videntia ab eo sibi facta.

Dominus regit me
et nichil michi de
erit: in loco pascue
ibi me collocauit Super a
quam refectionis educauit me:
animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas
iustitie: propter nomen suum.
Nam et si ambulauero in
medio umbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum
es virga tua et baculus
tuus: ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo
mensam: aduersus eos qui
tribulant me. Impinguasti
in oleo caput meum: et ca
lix meus inebrians quam pre
clarus est. Et misericordia
tua subsequetur me: omnibus diebus vite mee. Et
ut inhabitem in domo domini: in longitudine dierum.
Gloria patri et filio et spui
sancto Sicut erat in prin
cipio et nunc et semper. &c.

pś dauid de vniuersali regni
xpi dño super omīs animas.

Domini est terra
et plenitudo ei⁹:
orbis terrarum
et vniuersi qui habitant in eo.
Quia ipse sup maria fun
dauit eum: et sup flumina p̄
parauit eum. Quis ascen
det in montem domini: aut
quis stabit in loco sancto ei⁹.
Innocens manibus et
mundo corde qui non accepit
in vano animam suā: nec
iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionē
a domino: et misericordiam
a deo salutari suo. Hec est

generatio quarentium eum: que
rentium faciem dei iacob. Et
tollite portas principes uras
et eleuamini porte eternales:
et introibit rex glorie. Quis
est iste rex glorie: dominus fo
tis et potens dominus potens
in prelio. Tollite portas
principes uestras et eleuamini
porte eternales: et introibit
rex glorie. Quis est iste rex
glorie: dominus uirtutum ip
se est rex glorie. Gloria pri.

Oratio dauid ut liberaretur
a persecutione saul.

Ad te domine leuaui
ui animam meam: de
us meus in te

confido non erubescam. Neq;
q; inimicant me inimici mei: et
etiam uniuersi qui sustinent te
non confundentur. Confundã
dantur omnes iniqua agen
tes: superiacue uias tuas
domine demonstra michi: et se
mitas tuas edoce me. Di
ge me in ueritate tua et doce
me: quia tu es deus saluator
meus et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationũ
tuarum domine: et miserico
diarum tuarum que a seculo
sunt. Delicta iuuentutis
mee: et ignorancias meas ne
memineris. Secundũ mise
ricordiam tuam memento mei
tu: propter bonitatem tuam do
mine. Dulcis et rectus dñs:
propter hoc legem dabit delin
quentibus in uia. Diriget
mansuetos in iudicio: docebit
mites uias suas. Uniuerse
uie domini misericordia et ue
ritas: requirentibus testamẽ
tum eius et testimonia eius.
Propter nomen tuum dñe

propiciaberis peccato meo: mul
tum est enim Quis est ho
mo qui timet dominū: legem
statuit ei in via quam elegit.
Anima eius in bonis demo
rabitur: et semen eius hereditā
bit terram Firmamentum
est dominus timentibus eum:
et testamentum ipsius ut manı
festetur illis Oculi mei semp
ad dominum: quoniam ipse e
ximet de laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere
mei: quia unicus et pauper sū
ego. Tribulationes cordis
mei multiplicate sunt: de neces
sitatibus meis erue me. Vide
humilitatem meam et laborē
meum: et dimitte universa de
licta mea Respice inimicos
meos quoniam multiplicati
sunt: et odio iniquo oderunt
me. Custodi animā meā et
erue me: non erubescam quī
speraui in te Innocentes et rec
ti adheserunt mihi: quia sus
tinui te Liberet deus israel:
ex omnibus tribulationibus suis.

26 Oratio dauid oramus ut status
suus prosperaretur post mor
tem saulis.

Iudica me dñe quīm e
go in innocentia mea
et in domino sperans non infirma
bor Proba me dñe et tempta
me: ure renes meos et cor me
um Quīa misericordia tua
ante oculos meos est: et cōpla
cui in ueritate tua Non sedi
cum concilio uanitatis: et cū
iniqua gerentib; nō introibo.
Odiui ecclesiam malignan
tium: et cum impijs non sedē
bo Lauabo inter innocen
tes manus meas: et circūdabo
altare tuū dñe Et audiā

vocem laudis: et enarrē vniu
sa mirabilia tua. Domine
dilexi decorem domus tue: et
locum habitationis glorie
tue. Ne perdas cum impiis de
us animam meā: et cum vi
ris sanguinū vitā meā. In

quor manib; iniquitates sūt.
dextera eor: repleta est munerī
bus. Ego autē in innocētia
mea ingressus sū: redime me
et miserere mei. Pes enī me
stetit in directo: in ecclesiis bene
dicam te dñe. Gloria patri.

Psalmus dauid post monē
saulis antequam ungeretur
in regem.

Dmu
nus
illumi
natio
mea:
et sa
lus
mea quem timebo Domi
nus protector uite mee: a quo
trepidabo Dum appropiāt
sup me nocentes: ut edant car
nes meas. Qui tribulant
me inimici mei: ipsi infirma
ti sunt et ceciderunt. Si con
sistant aduersum me castra:
non timebit cor meū Si ex
urgat aduersum me preliū:
in hoc ego sperabo. Unam
peti a domino hanc requiā:
ut inhabitem in domo domini
omnibus diebus uite mee et
videam uoluntatem domini:
et uisitem templū eius Quo
abscondit me in tabernaculo
suo in die malorū: protexit
me in abscondito tabernaculi
sui In petra exaltauit me:
et nunc exaltauit caput meū
sup inimicos meos. Circui
ui et immolaui in tabernaculo
eius hostiam uociferationis:
cantabo et psalmum dicam do
mino Exaudi domine uo
cem meam qua clamaui ad te
miserere mei et exaudi me Ti
bi dixit cor meū exquisiuit te
facies mea: faciem tuam dñe
requiram Ne auertas fa
ciem tuam a me: ne declines in
ira a seruo tuo Adiutor me
us esto ne derelinquas me: ne
q; despicias me deus salutaris
meus Quoniam pater me
us et mater mea dereliquerūt
me: dominus autem assūp
sit me Legem pone mihi
domine in uia tua et dirige
me in semita recta: propter ini
micos meos Ne tradideris
me in animas tribulantium
me: quoniam insurrexerunt
in me testes iniqui et mentita

est iniquitas sibi. Credo vide
re bona domini: in terra viuen
tium. Expecta dominū vi
riliter age: et confortetur cor
tuum et sustine dominum.

Psalmus david fugientis
pro timore filii sui absolon.

Ad te domine cla
mabo deus meus
ne sileas a me ne
quando tacens a me: et assi
milabor descendentibus in la
cum. Exaudi domine vocē
deprecationis mee dum oro ad
te: dum extollo manus meas
ad templum sanctum tuum.
Ne simul trahas me cum
peccatoribus: et cum operan

bus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cū
proximo suo: mala autem in
cordibus eorum. Da illis se
cundum opera eorum: et secun
dum nequitiam inventionum
ipsorum. Secundum opera
manuum eorum tribue illis:
redde retributionem eorum ip
sis. Quoniam non intellexe
runt opa domini et in opera
manuum eius destrues illos:
et non edificabis eos. Be
nedictus dominus: quoniam ex
audivit vocem deprecationis
mee. Dominus adiutor me
us et protector meus: et in ip
so speravit cor meum et adiu
tus sum. Et refloruit caro
mea: et ex voluntate mea con
fitebor ei. Dominus fortitu
do plebis sue: et protector
salvationum christi sui est.
Salvum fac populum tu
um domine et benedic heredi
tati tue: et rege eos et extolle
illos usque in eternum. Glo
ria patri et cetera.

ps dauid inuitantis homines ad deuotionem offerendū deo.

Offerte domino filii dei: offerte domino filios arietū ✠ offerte domino gloriam et honorem offerte domino gloriam nomini eius: adorate dominū in atrio sancto eius. ✠ or domini sup aquas deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas. ✠ or domini in uirtute: uox domini in magnificentia. ✠ or dñi confringentis cedros: et confringet dñs cedros libani. ✠ et comminuet eos tanq̄ uitulum libani: et dilectus quēadmodū filius unicornuū. ✠ or dñi intercidentis flammam ignis uox dñi concutientis desertum: et cōmouebit dñs desertum cades. ✠ or dñi preparantis cervos et reuelabit condensa: et in templo eius omēs dicent gloriam. ✠ ominus diluuiū inhabitare facit: et sedebit dñs rex in eternū. ✠ ominus uirtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace.

Psalmus dauid in dedicatione templi salamonis.

Exaltabo te domine quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos sup me.

Domine deus meus clama
ui ad te: et sanasti me. D
mine eduxisti ab inferno ani
mam meam: salvasti me a de
scendentibus in lacū. P salm
te domino sancti eius: et con
fitemini memorie sanctitatis
eius. Q uoniam ira in indig
natione eius: et vita in volun
tate eius. A d vesperum de
morabitur fletus: et ad matu
tinum letitia. E go autem
dixi in habundantia mea: nō
mouebor in eternum. D ne
in voluntate tua: prestitisti de
cori meo virtutem. A uerti
ti faciem tuam a me: et factus
sum conturbatus. A d te do
mine clamabo: et ad deū me
um deprecabor. Q uis utilitas
in sanguine meo: dum descen
do in corruptionem. N um
quid confitebitur tibi pulvis:
aut annuntiabit veritatem
tuam. A udivit dñs et mi
sertus est mei: dominus factus
est adiutor meus. C onuer
tisti planctum meum in gau
dium mihi: conscidisti saccum
meū et circundedisti me letitia.
U t cantet tibi gloria mea
et non compungar: domine de
us meus in eternum confite
bor tibi. G loria patri z filio.

Psalmus dauid quando fu
it in persecutione saul.

In te domine speraui
non confundar in
eternum: in iusticia
a tua libera me. I nclina
ad me aurem tuam: accelera
ut eruas me. E sto mihi in
deum protectorem et in domum
refugij: ut salvum me facias.
Q uoniam fortitudo mea et
refugium meū es tu: et propt

nomen tuum deduces me et enu
trics me. Educes me de laqo
quem abscoderunt mihi:
quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commen
do spiritum meum: redemisti
me domine deus veritatis.
Odisti observantes nanita
tes: sup nacic. Ego autem
in domino speraui: exultabo et
letabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humili
tatem meam: saluasti de necessi
tatibus animã meam. Et
conclusisti me in manus inimi
ci: statuisti in loco spacioso pe
des meos. Miserere mei domi
ne quoniam tribulor: conturb
batus est in ira oculus meus
anima mea et uenter meus.
Quoniam defecit in dolore
vita mea: et anni mei in gemi
tibus. Infirmata est in pau
peratc virtus mea: et ossa me
a conturbata sunt. Super
omnes inimicos meos factus sũ
obprobrium vicinis meis valde
de: et timor notis meis. Qui
videbant me foras fugerunt
a me. Obliuioni datus sum tã
quã mortuus a corde. Fac
tus sum tanq̃ vas perditum:
quoniam audiui increpatio
nem multorum cõmorantiũ
in circuitu. In eo dum con
uenirent simul aduersum me:
accipere animam meã consi
liati sunt. Ego autem in
te speraui domine: dixi deus
meus es tu in manibus tuis
sortes mee. Eripe me de ma
nibus inimicorum meorũ: et
a persequentibus me. Illus
tra faciem tuam sup seruum
tuum saluum me fac in misc
ricordia tua dñe: non confũ
dar quoniam inuocaui te.
Erubescant impii et deduc
antur in infernũ: muta fiãt
labia dolosa. Que locuntur
aduersus iustum iniquitatẽ:
in superbia et in abusione.
Quam magna multitu
do dulcedinis tue dñe: quam
abscondisti timentibus te.
Perfecisti eis qui sperant

Psalmus dauid quando uenerat sibi quod peccata sua fuerunt dimissa.

Beati quorum remisse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt peccata. Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumpna mea dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: et iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Uerumtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum a tribulatione que circumdedit me: exultatio mea erue

me te: ne conspectu filiorum hominum. Abscondes eos in abscondito faciei tue: a conturbatione hominum. Protegos eos in tabernaculo tuo: a contradictione linguarum. Benedictus dominus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. Ego autem dixi in excessu meo: proiectus sum a facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti uocem orationis mee: dum clamarem ad te. Diligite dominum omnes sancti eius: quia ueritatem requirit dominus et retribuet abundanter facientibus superbiam. Viriliter agite et confortetur cor uestrum: omnes qui speratis in domino.

me a arrundantibus me In
tellectum tibi dabo et instruam
te uia hac qua gradieris fir
mabo sup te oculos meos No
lite fieri sicut equus et mulus:
quibus non est intellectus In ca
chamo et fremo maxillas con:
stringe: qui non approxi
mant ad te Multa flagella
peccatoris: sperantem autem i
dño misericordia circundabit.
Letamini in domino et ex
ultate iusti: et gloriamini om
nes recti corde.

33 Hunc psalmum fecit dauid:
ut cantaretur in templo do
mini.
Exultate iusti in do
mino: rectos decet

collaudatio Confitemini do
mino in cythara: in psalterio
decem cordarum psallite illi.
Cantate ei canticum nouum:
bene psallite ei in uociferatione.
Quia rectum est uerbum dni:
et omnia opa eius in fide
Diligit misericordiam et iudicium:
misericordia domini plena est
terra Verbo domini cli fir
mati sunt: et spiritu oris eius
omnis uirtus eorum Con
gregans sicut in utre aquas
maris: ponens in thesauris
abyssos Timeat dominum
omnis terra: ab eo autem cō
moueantur omnes inhabitā
tes orbem Quia ipse dixit
et facta sunt: ipse mandauit
et creata sunt Dominus
dissipat consilia gentium reprobat autem cogitationes popu
lorum: et reprobat consilia
principum Consilium aut
dominum in eternum manet: co
gitationes cordis eius usq; i
generationem et generationē.
Beata gens cuius est dns

deus eius: populus quē elegit
in hereditatem sibi. De ce
lo respexit dominus: vidit oēs
filios hominum. De prepa
to habitaculo suo: respexit sup
omnes qui habitant terram.
Qui finxit singillatim cor
da eorum: qui intelligit oia
opa eorum. Non saluatur
rex per multam uirtutē: et
gygas non saluabitur in mul
titudine uirtutis sue. Fal
lax equus ad salutem: in ha
bundantia autem uirtutis su
e non saluabitur. Ecce ocu
li domini sup metuentes eum:
et in eis qui sperant sup mise
ricordia eius. Ut eruat a
morte animas eorum: et alat
eos in fame. Anima nos
tra sustinet dominum: quo
niam adiutor et protector no
ster est. Quia in eo letabit
cor nostrum: et in nomine
sancto eius speramus. Fi
at misericordia tua domine
sup nos quemadmodum spe
rauimus in te.

Ps̄ dauid regnū eius deo de li
beratione sua ab abymalech.

Benedicam dominū
in omni tempore:
semp laus eius in
ore meo. In domino laudā
bitur anima mea: audiāt mā
sueti et letentur. Magnifica
te dominū mecum: et exaltem?
nomen eius in idipm. Exq
siui dominū et exaudiuit me: et
ex omnibus tribulationibus
meis eripuit me. Accedite
ad eum et illuminamini: et fa
cies uestre non confundentur.
Iste pauper clamauit et dns
exaudiuit eum: et ex omnib?
tribulationibus eius saluauit

eum immittet angelus do
mini in circuitu timentium eū:
et eripiet eos. Gustate et vi
dete quoniam suauis est dñs:
beatus vir qui sperat in eo. Ti
mete dominum omnes sancti
eius: quoniam non est inopia
timentibus eum. Diuites
eguerunt et esurierunt: inquir
entes autem dominū non minu
entur omni bono. Venite fi
lii audite me: timorem domini
docebo uos. Quis est homo
qui vult vitam: diligit dies vi
dere bonos. Prohibe linguā
tuam a malo: et labia tua ne
loquantur dolum. Diuerte
a malo et fac bonum: inqui
re pacem et persequere eā. Fa
ciem domini super iustos: et aures
eius in preces eorum. Vultus
autem domini super facientes ma
la: ut perdat de terra memoriā
eorum. Clamauerunt iusti
et dominus exaudiuit eos: et ex
omnibus tribulationibz eorū.
liberauit eos. Iuxta est do
minus his qui tribulato sūt
corde: et humiles spiritu salua
bit. Multe tribulationes iu
storum: et de omnibus his li
berabit eos dominus. Cu
stodit dominus omnia ossa eo
rum: vnum ex his non conte
retur. Mors peccatorū pessi
ma: et qui oderunt iustum de
linquent. Redimet domi
nus animas seruorum suoz:
et non delinquent omnes qui
sperant in eo.

35 Ps dauid petentis diuinū auxi
lium contra persecutionē saul.

Iudica domine no
centes me: expug
na impugnantes
me. Apprehende arma et

sautum: et exurge in adiutoriū
mihi et intende iudicium meum et
conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic animae meae sa
lus tua ego sum. Confundantur
et reuereantur: quaerentes
animam meam. Auertantur
retrorsum et confundantur: co
gitantes mihi mala. Fiat
tanquam pulvis ante faciem venti: et angelus domini coartans
eos. Fiat via illorum tenebrae et lubricum: et angelus do
mini persequens eos. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laqueo suo: supervacue exprobraverunt animam meam. Veniat illi laqueus
quem ignorat: et captio quam
abscondit apprehendat eum:
et in laqueum cadat in ipso.
Anima autem mea exultabit in domino: et delectabitur
in salutari suo. Omnia
ossa mea dicent: domine quis
similis tibi. Eripiens mise
rum de manu fortiorum eius:
egenum et pauperem a diripientibus eum. Surgentes
testes iniqui: quae ignorabam interrogabant me. Et retribuebant mihi mala pro bo
nis: sterilitatem animae meae.
Ego autem cum mihi molesti essent: induebar cilicio.
Humiliabam in ieunio
animam meam: et oratio mea
in sinu meo conuertetur.
Quasi proximum quasi
fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar. Et
aduersum me laetati sunt et co
uenerunt: congregata sunt sup
me flagella et ignoraui. Dilace
rati sunt nec compuncti sunt
tentauerunt me subsannauerunt
me subsannatione: frenduerunt
super me dentibus suis. Do
mine quando respicies: restitue
animam meam a malignitate eorum a leonibus vnicam
meam. Confitebor tibi in ec
clesia magna: in populo gra
ui laudabo te. Non supergau
deant mihi qui aduersantur

nuchi unique: qui odiunt me
gratis t annuit oculis. Cum
nuchi quidem pacifice loque
bantur: et in iracundia terre
loquentes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt sup me
os suum: dixerunt euge euge
vidérunt oculi nostri. Vidi
ti domine ne sileas: domine ne
discedas a me. Exurge et i
tende iudicio meo deus meus:
et dominus meus in causam
meam. Iudica me secun
dum iustitiam tuam domine
deus meus: et non supgaude
ant michi. Non dicant in
cordibus suis euge euge ani
me nostre: nec dicant deuora
bimus eum. Erubescant
et reuereantur simul: qui gra
tulantur malis meis. In
duantur confusione et reuere
tia: qui magnifica loquuntur su
per me. Exultent et letent
qui uolunt iustitiam meam:
et dicant semp magnificetur
dñs qui uolunt pacem serui
tui. Et lingua mea medi
tabitur iustitiam tuam: tota
die laudem tuam.



Ps dauid de se ipso liberato a
manibus saulis diuinitatis

Dixit insipiens in
corde suo: non est
deus. Corrupti sunt
et abominabiles facti sunt in
studiis suis: non est qui faciat
bonum non est usque ad unum.
Deus de celo prospexit super
filios hominum: ut videat si est
intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerunt simul
inutiles facti sunt: non est qui
faciat bonum non est usque ad
unum. Sepulchrum patens est
guttur eorum: linguis suis do
lose agebant. Uenenum aspi
dum sub labiis eorum: quorum
os maledicia et amaritudine
plenum est. Uelocia pedes eo
rum ad effundendum sanguinem.
Contritio et infelicitas in
uiis eorum: et uiam pacis non
cognouerunt. Non est timor
dei ante oculos eorum. Nonne
cognoscent omnes qui operantur
iniquitatem: qui deuorant plebem
meam ut escam panis. Deum non
inuocauerunt. Illic trepidauerunt
timore ubi non erat timor. Quo
niam deus in generatione iusta est.
Consilium inopis confudistis:
quoniam dominus spes eius est.
Quis dabit ex sion salutare
israel. Cum conuerterit dominus
captiuitatem plebis sue: exultabit
iacob et letabitur israel.

tua: et veritas tua usq; ad nu
bes iustitia tua sicut mõ
tes dei: iudicia tua abyssus
multa homines et iumen
ta saluabis dñe: quẽadmodũ
multiplicasti misericordiã tuã
deus hi uũ autẽ hominũ:
in tegmine alarũ tuarũ sperabũt.
Inebriabunt ab ubertate
domus tue: et torrente uoluptа
tis tue potabis eos quõm a
pud te est fons uite: et in lumi
ne tuo uidebimus lumẽ pe
rde misericordiam tuã sciẽtib;
te: et iustitiã tuã his qui rõ sũt
corde non ueniat mihi pes
superbie: et manus peccatoris nõ
moueat me. Ibi ceciderunt
qui operantur iniquitatem: ex
pulsi sunt nec potuerunt stare.

Psalmus dauid quod prohi
bitionem malorum sit contem
nendi.

Noli emulari in ma
lignantibus: neq;
zelaueris facientes
iniquitatem. Quoniam tã
quam fenum uelociter arescẽt:
et quemadmodũ olera herba
rum cito decident. Spera i
domino et fac bonitatem: et in
habita terram et pasceris in di
uitijs eius. Delectare in do
mino: et dabit tibi petitiones
cordis tui. Reuela domino
uiam tuam et spera in eo: et
ipse faciet. Et educet qua
si lumen iustitiam tuam et
iudicium tuum tanq̃ meridi
em: subditus esto domino et
ora eum. Noli emulari in
eo qui prosperatur in uia sua:
in homine faciente iniustitias.
Desine ab ira et derelinq;
furorem: noli emulari ut ma
ligneris. Quoniam qui malignã
tur exterminabuntur: sustinẽ
tes autem dominum ipi here

ditabunt terram Et adhuc
pusillum et non erit peccator:
et quæres locum eius et non
invenies Mansueti autem
hereditabunt terram: et delec
tabuntur in multitudine pa
cis Observabit peccator iu
stum: et stridebit super eum den
tibus suis Dominus autē
irridebit eum: quoniā prospi
cit quòd veniet dies eius La
queum evaginaverunt peccato
res: intenderunt arcum suum.
Ut decipiant pauperem et
inopem: ut trucidant rectos
corde Gladius eorum intret
in corda ipsorum: et arcus eo
rum confringatur Melius est
modicum iusto: super divitias
peccatorum multas Quo
niam brachia peccatorum cō
terentur: confirmat autē iu
stos dominus Novit dies
dies immaculatorum: et here
ditas eorum in æternum erit.
Non confundentur in tem
pore malo et in diebus famis
saturabuntur: quia peccatores
peribunt Inimici autem do
mini mox honorificati sunt
et exaltati: deficientes quem
admodum fumus deficient.
Mutuabitur peccator et nō
solvet: iustus autem miserē
et tribuet Quia benedicē
tes ei hereditabunt terram:
maledicentes autem ei disper
dent Apud dominū gres
sus hominis dirigetur: et
viam eius volet. Cum ceci
derit iustus non collidetur: quia
dñs supponit manum suā.
Iuvenis fui etenim senui et
non vidi iustum derelictum:
nec semen eius quærens pānē
Tota die miseretur et com
modat: et semen illius in be
nedictione erit Declina a
malo et fac bonum: et inha
bita in seculum seculi Qui
a dominus amat iudicium:
et non derelinquet sanctos suos
in æternum conservabuntur.
Iniusti punientur: et se
men impiorum peribit Ius
tum autem hereditabunt ter

ram: et inhabitabunt in seculum seculi sup eam. Os ius
ti meditabitur sapientiam:
et lingua eius loquetur iudi
cium. Lex dei eius in corde
ipsius: et non supplantabun
tur gressus eius. Considerat peccator iustum: et quaerit
morificare eum. Dominus
autem non derelinquet eum
in manibus eius: nec damp
nabit eum cum iudicabitur
illi. Expecta dominum et cus
todi viam eius et exaltabit te
ut hereditate capias terram:
cum pierint peccatores vide
bis. Vidi impium superex
altatum: et elevatum sicut ce
dros libani. Et transivi et
ecce non erat: quaesivi eum et
non est inventus locus eius.
Custodi innocentiam et vide
equitatem: quia sunt reliquiae ho
mini pacifico. Iniusti au
tem dispergentur: simul reliquiae
impiorum interibunt. Sa
lus autem iustorum a domino:
et protector eorum in tempore

tribulationis. Et adiuvabit
eos dns et liberabit eos et eri
et eos a peccatoribus: et sal
vabit eos quia speraverunt in eo.

Psalmus dauid recordandus co
ram deo peccata sua.

Domine ne in furo
re tuo arguas me:
neq; in ira tua co
ripias me. Quoniam sagitte
tue infixe sunt mihi: et con
firmasti sup me manum tuam.
Non est sanitas in carne
mea a facie ire tue: nō est pax
ossibus meis a facie peccatoꝝ
meorum. Quoniam iniquita
tes mee supergresse sunt caput
meum: et sicut onus graue gra

uatt sunt sup me ⁊ putrueri
et computte sunt cicatrices mee
a facie insipientie mee ⁊ mi
ser factus sum et curuatus su
sq; in finem. tota die contris
tatus ingrediebar. ⁊ quã lum
bi mei impleti sunt illusionibz:
et non est sanitas in carne me
a. ⁊ afflictus sum et humili
atus sum nimis: rugiebam a
gemitu cordis mei. ⁊ omne
ne ante te omne desiderium me
um: et gemitus meus a te nõ
est absconditus. ⁊ cor meũ
conturbatum est derliquit me
virtus mea: et lumen oculor
meorum et ipsum non est mec
um. ⁊ amici mei et proximi
mei: aduersum me appropin
quauerunt et steterunt. ⁊ t
qui iuxta me erant delonge ste
terunt: et vim faciebant qui
querebant animam meã. ⁊ t
qui inquirebant mala mihi
locuti sunt uanitates: ⁊ dolos
tota die meditabant. ⁊ ego
autem tanq̃ surdus non au
diebam: et sicut mutus non
aperiens os suum. ⁊ factus
tus sum sicut homo non au
diens: et non habens in ore
suo redargutiones. ⁊ quo
niam in te domine speraui: tu
exaudies me domine deus me
us. ⁊ quia dixi nequando
supgaudeant michi inimici
mei: et dum commouentur
pedes mei super me magna
locuti sunt. ⁊ quoniã ego
in flagella paratus sum: et
dolor meus in conspectu meo
semp. ⁊ quoniam iniquita
tem meam annuntiabo: et
cogitabo pro peccato meo.
⁊ inimici autem mei viuũt
et confirmati sunt super me:
et multiplicati sunt qui odi
unt me iniq; ⁊ qui retribu
unt mala pro bonis detrahe
bant michi: quoniam seque
bar bonitatem. ⁊ e derlin
quas me domine deus meus:
ne discesseris a me. ⁊ intẽ
de in adiutorium meum: do
mine deus salutis mee. ⁊ glo
ria patri et filio et spũ scõ.

DAVID

Psalmus dauid pro tribula
tione quam iurauit domino super populum israel.

Dixi custodiam vias meas: ut non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator adversum me. Obmutui et humiliatus sum et silui a bonis: et dolor meus renovatus est. Concaluit cor meum intra me: et in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum. Et numerum dierum meorum quis est: ut sciam quid desit mihi. Ecce mensurabiles posuisti dies meos: et substantia mea tanquam nichilum ante te. Verumptamen universa vanitas: omnis homo vivens. Verumptamen in ymagine pertransit homo: sed et frustra conturbatur. Thesaurizat et ignorat cui congregabit ea. Et nunc que est expectatio mea nonne dominus: et substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis eruue me: et opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui et non aperui os meum: quoniam tu fecisti amove a me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut aranee animam eius: verumptamen vane conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine et deprecationem meam: auribus percipe lacrimas meas. Ne sileas quoniam advena ego sum apud te: et peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi ut refrigerer priusquam abeam: et amplius non ero.

Psalmus dauid de xpisto et de eius incarnatione.

Expectans expectaui dominū: et intendit mihi: et exaudiuit preces meas: et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis: et statuit supra petrā pedes meos: et direxit gressus meos. Et imisit in os meū canticum nouum carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt: et sperabunt in domino. Beatus uir cuius est nomen domini spes eius: et non respexit in uanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciaui et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi ecce uenio. In capite libri scriptum est de me ut facerem uoluntatem tuam deus meus uolui: et legem tuā in medio cordis mei. Annunciaui iustitiam tuā in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti. Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: ueritatem tuam et salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam et ueritatē tuā a consilio multo. Tu autem dñe ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et ueritas tua semp susceperunt me. Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates mee et nō

potm ut uiderem. Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: et cor meum derelinquit me. Ꝺo placeat tibi domine ut eruas me: dñe ad adiuuandū me resp̄ice. Confundantur et reuereantur simul: qui querunt animam meam ut auferant eam. Reuertantur retrorsum et reuereantur: qui uolunt mihi mala. Erubescant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi euge euge. Exultent et letentur sup te omnes querentes te: et dicant semp magnificetur dñs q̄ diligunt salutare tuū. Ego autē mendicus sū et pauper. dñs sollicitus est mei. Adiutor meus et protector meus tu es: deus meus ne tardaueris.

Psalmus dauid de xpisto pauperitate quam uidit futuram

Beatus qui intelligit sup egenum et pauperem: in die mala liberabit eum dominus. Dominus conseruet eum et uiuificet eum et beatum faciat eum in terra: et nō tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi sup lectum doloris eius: uniuersum stratum eius uersasti in infirmitate eius. Ego dixi domine miserere mei: sana animam meā quia peccauī tibi. Inimici mei dixerūt mala mihi: quando morietur et peribit nomen eius. Et si ingrediebatur ut uideret uana loquebatur: cor eius congregabat iniquitatē sibi. Egrediebatur foras: et loquebatur in idipsum. Aduersum me sibilabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquū

constituerunt aduersū me: nū
quid qui dormit non adiect
ut resurgat Etenū homo
pacis mee in quo speraui: qui
edebat panes meos magnifi
cauit sup me supplantationē.
Tu autem domine miserē
mei et resuscita me: et retribu
am eis In hoc cognoui
qm̄ uoluisti me: quoniā non
gaudebit inimicus meus sup
me. Me autem propter īno
centiam suscepisti: et confirma
sti me in conspectu tuo in eter
num Benedictus dominꝰ
deus israel: a seculo et in secu
lum fiat fiat.

Psalmus cuiusdam filij cho

rr conuersi ad dominum.

Quemadmodū desi
derat cervus ad fō
tes aquarum: ita
desiderat anima mea ad te ds.
Sitiuit anima ad deum fō
tem viuum: quando veniam t
appārebo ante faciem dei.
Fuerunt michi lacrime mee
panes die ac nocte: dum dicat
michi cotidie ubi est deus tuus.
Hec recordatus sum et effudi
in me animam meā: quoniam
transibo in locum tabernaculi
admirabilis usqꝫ ad domum
dei In voce exultationis t
confessionis. sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea
a: et quare conturbas me.
Spera in deo qm̄ adhuc con
fitebor illi: salutare vultus mei
et deus meus Ad me ipsum
anima mea conturbata est: pp
terea memor ero tui de terra ior
danis et hermony a monte mo
dico Abyssus abyssum in
vocat: in voce cataractarum
tuarum Omnia excelsa tu

a et fluctus tui: sup me transie
runt. In die mandauit dñs
misericordiam suam: et nocte
canticū eius apud me. Oō
do uite mee: dicam deo suscep
tor meus es. Quare obliuis
es mei et quare contristatus i
odo: dum affligit me ĩimicus.
Dum confringuntur ossa
mea exprobauerunt mihi: qui
tribulant me inimici mei. Cũ
diunt mihi per singulos dies:
ubi est deus tuus. Quare tris
tis es anima mea: et quare cõ
turbas me. Spera in deo qm
adhuc confitebor illi: salutare
vultus mei et deus meus.

43. Ps̃ dauid petitus liberatio

nem a seruitute babilonica.

Judica me deus et
discerne causã me
am: de gente non
sancta ab homine iniquo et
doloso erue me. Quia tu es
deus fortitudo mea: quare me
repulisti et quare tristis inc
do dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et ue
ritatem tuã: ipsa me deduxe
runt et adduxerũt in montẽ
sanctum tuũ et in tabernacu
la tua. Et introibo ad alta
re dei: ad deum qui letificat iu
uentutẽ meã. Confitebor
tibi in cythara deus deus me
us: quare tristis es aĩa mea t
quare conturbas me. Spe
ra in deo qm adhuc cõfitebor
illi: salutare vultus mei et ds̃
meus.

Psalmus filiorum chore de tribulatione israel tempore antiochi.

DEus auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis. Manus tua gentes dispdidit et plantasti eos: afflixisti populos et expulisti eos. Et eum in gladio suo possiderunt terram: et brachium eorum non saluauit eos. Sed et dextera tua et brachium tuum: et illuminatio uultus tui quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mandas saluteis iacob. In te inimicos nostros uentilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos confudisti. In deo laudabimur tota die: et in nomine tuo confitebimur in seculum. Nunc autem repulisti et confudisti nos: et non egredieris deus in uirtutibus nris. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: et qui oderunt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanq̃ oues escarum: et in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine precio: et non fuit multitudo in cõmutationibus eorum. Posuisti nos obprobrium vicinis nostris: subsannationẽ et derisum his qui in circuitu nostro sunt. Posuisti nos in similitudinem gentibus: cõmotionem capitis in pplis. Tota die uerecundia mea contra me est: et confusio faciei mee cooperuit me. A uoce exprobãtis et obloquentis: a facie inimici et persequentis. Et oia venerunt sup nos nec obliti sumus te: et inique non egimus. In testamento tuo. Et non recessit retro cor nostrum: et nõ

declinauit semitas nostras a uia
tua Quoniam humiliauit nos
in loco afflictionis: et cooperuit
nos umbra mortis Si obliti
sumus nomē dei nr̄i: aut expandi
mus manus nr̄as ad deum alie
nū Nonne deus requiret ist
a: ipse enī nouit abscondita
cordis Quia propter te mortifi
camur tota die: estimati sumꝰ
sicut oues occisionis Exur
ge quare obdormis dne: exurge
et ne repellas in finē Quare
faciem tuā auertis: obliuiscris
inopie nostre et tribulationis
nr̄e Quia humiliata est in pul
uere anima nr̄a: conglutinata
est in terra uenter nr̄ Exur
ge domine adiuua nos: et redi
me nos propter nomen tuum.

Psalmus filiorum chore de
xpisto et sponsa eius ecclesia

Eructauit cor meū
verbum bonum:
dico ego opa mea
regi Lingua mea calamus
scribe: velociter scribēs Spe
ciosus forma pre filys homi
num: diffusa est gratia in la
bys tuis: propterea benedixit
te deus in eternum Accinge
re gladio tuo: sup femur tuum
potentissime Specie tua et
pulchritudine tua: intende pro
spere procede et regna Prop
ter ueritatem et mansuetudinē
et iusticiam: et deducet te mira
biliter dextera tua Sagitte
tue acute populi sub te cadent:
in corda inimicorū regis Se
des tua deus in seculum seculi:
virga directionis virga regni
tui Dilexisti iusticiam et o
disti iniquitatem: propterea
unxit te deus deus tuus oleo le
titie pre consortibz tuis Mir
ra et gutta et casia a uestimē

tis tuis: a domibus ebumeis
ex quibus delectauerunt te fi
lie regum in honore tuo. Ast
tit regina a dextris tuis: in
vestitu de auiato circumdata
varietate. Audi filia et vide
et inclina aurem tuam: et ob
liuiscere populum tuum et do
mum patris tui. Et concu
piscet rex decorem tuum: quo
ipse est dominus deus tuus
et adorabunt eum. Et filie
tyri in muneribus vultum tu
um deprecabuntur omnes diui
tes plebis. Omnis gloria
eius filie regis ab intus in fi
mbriis aureis: circumamicta va
rietatibus. Adducentur re
gi virgines post eam: proxime
eius afferentur tibi. Afferen
tur in letitia et exultacio
ne: adducentur in templum
regis. Pro patribus tuis
nati sunt tibi filij: constitues
eos principes sup omnem terram.
Memores erunt nominis
tui dñe: in omni generatione
et generationem. Propterea

a populi confitebuntur tibi in
eternum: et in seculum seculi.

Psalmus filiorum chore post
quam perist pater eorum.

Deus noster refugi
um et virtus: ad
iutor in tribulati
onibus que inuenerunt nos
nimis. Propterea non time
bimus dum turbabitur terra:
et transferentur montes in cor
maris. Sonuerunt et tur
bate sunt aque eorum: cōtur
bati sunt montes in fortitudi
ne eius. Fluminis impetus
letificat ciuitatem dei: sanctifi
cauit tabernaculum suum al
tissimus. Deus in medio ei⁹

non commouebitur:adiuua
bit eam deus mane diluculo.
Conturbate sunt gentes et
inclinata sunt regna: dedit uocē
suam mota est terra Dominus
uirtutum nobiscum: suscep
tor noster deus iacob. Ve
nite et uidete opa domini: que
posuit prodigia sup terrā u
sq; ad finem terre:
arcum conteret et confringet
arma: et scuta comburet igni.
Vacate et uidete qm ego sū
deus: exaltabor in gentibus et
exaltabor in terra Dominus
uirtutum nobiscum: suscep
tor noster deus iacob.

Psalmus filiorum chore pro

victoria futura sub iosue.

Omnes gentes plau
dite manibus: iu
bilate deo in uoce
exultationis Quoniam
dominus excelsus terribilis:
rex magnus sup omnē terrā.
Subiecit populos nobis:
et gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hereditatem
suam: speciem iacob quem di
lexit. Ascendit deus in iubi
lo: et dns in uoce tube. Psallite
te deo nro psallite: psallite re
gi nro psallite Qm rex omis
terre deus: psallite sapienter.
Regnabit deus sup gentes:
deus sedet sup sedē sanctā suā.
Principes populorum congregati
sunt cū deo abrahā: qm dii for
tes terre vehementer elevati sūt.

psalmus filiorum chore de magnificentia iherusalem.

Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri in monte sancto eius.
Fundatur exultatione vniuerse terre: mons syon latera aquilonis ciuitas regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur: cum suscipiet eam.
Quoniam ecce reges congregati sunt: conuenerunt in vnum.
Ipsi uidentes sic admirati sunt conturbati sunt commoti sunt: tremor apprehendit eos.
Ibi dolores ut parturientis: in spiritu uehementi contteres naues tharsis.
Sicut audiuimus sic uidimus in ciuitate domini uirtutum in ciuitate dei nostri: deus fundauit eam in eternum.
Suscepimus deus misericordiam tuam: in medio templi tui.
Secundum nomen tuum deus sic et laus tua in fines terre: iustitia plena est dextera tua.
Letetur mons syon et exultent filie iude: propter iudicia tua domine.
Circumdate syon et complectimini eam: narrate in turribus eius.
Ponite corda uestra in uirtute eius: et distribuite domos eius ut enarretis in progenie altera.
Quoniam hic est deus deus noster in eternum et in seculum seculi: ipse reget nos in secula.



psalmus filiorum chore ut in templo cantaretur.

Audite hec omnes gentes: auribus percipite qui habitatis terram.
Quia tam

gene et filij hominū: simul in
vnum diues et pauper. Os
meum loquetur sapiencia am:
et cordis mei prudencia. In
clinabo in parabolam aurem
meam: aperiam in psalterio p
positionem meam. Quare ti
mebo in die mala: iniquitas
calcanei mei circundabit me.
Qui confidunt in virtute su
a: et in multitudine diuitiaz
suarum gloriantur. Frater
non redimet redimet homo: z
non dabit deo placationē suā.
Et pretium redemptionis
animę suę: et laborabit in eter
num et viuet adhuc in finem.
Non videbit interitum cū
vident sapientes morientes: si
mul insipiens et stultus pere
bunt et relinquent alienis
diuitias suas: et sepulcra eoz
domus illorum in eternū ta
bernacula eorum in progenie
et progenie: vocauerunt nomi
na sua in terris suis. Homo cū
in honore esset non intellexit:
comparatus est iumentis in
sipientibus et similis factus
est illis. Hec via illorū scan
dalum ipsis: et posteri in ore
suo complacebunt. Sicut
oues in inferno positi sūt: mo
rs depascet eos. Et domina
buntur eorum iusti in matuti
no: et auxilium eorū veterasc
et in inferno a gloria eorum.
Verumptamen deus redimet
animam meam de manu infe
ri: cum acceperit me. Ne ti
mueris cum diues factus fue
rit homo: et cum multiplicata
fuerit gloria domus eius.
Quoniam cum interierit
non sumet omnia: neqz descen
det cum eo gloria eius. Quia
anima eius in vita ipsius be
nedicetur: confitebitur tibi cū
bene feceris ei. Introibit
usqz in progenies patrum su
orum: et usqz in eternum non
videbit lumen. Homo cum
in honore esset non intellexit:
comparatus est iumentis in
sipientibus et similis factus
est illis. Gloria patri. etc.

Psalmus asaph de aduētu xpi.

Deus deorum dns locutus est: et vocauit terrā. A solis ortu usq; ad occasum: ex syon species decoris eius. Deus manifeste veniet: deus noster et non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet: et in circuitu eius tempestas validā. Inuocabit celum de sursum: et terrā discernere populū suum. Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentū eius super sacrificia. Et annuntiabunt celi iustitiam eius: quā deus index est. Audi populus meus et loquar israel: et testificabor tibi deus deus tuus ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autē tua in conspectu meo sunt sēp. Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos. Quoniam mee sūt omnes fere siluarum: iumenta in montibus et boues. Ego noui omnia volatilia celi: et pulchritudo agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terre et plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorū: aut sāguinem hyrcorū potabo. Immola deo sacrificium laudis: et redde altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis: et eruam te et honorificabis me. Peccatori autem dixit deus quare tu enarras iustitias meas: et assumis testamentū meum per os tuum. Tu vero odisti disciplinam: et proiecisti ser

mones meos retrorsum. ⁊
videbas furem curebas cum
eo: et cum adulteris portionē
tuam ponebas. os tuum
habundauit malitia: ⁊ lingu
a tua concinnabat dolos. se
dens aduersus fratrem tuum
loquebaris et aduersus filium
matris tue ponebas scandalū:
hec fecisti et tacui. existima
sti inique quod ero tui similis:
arguam te et statuam contra
faciem tuam. intelligite
hec qui obliuiscimini deum:
nequando rapiat et non sit q̄
eripiat. sacrificium laudis
honorificabit me: et illic iter
quo ostendam illi salutare dei.

Ps dauid postq̄ intravit
ad bersabee et fecerat vitā occidi

Miserere mei deus: se
cundum magnā
misericordiam tu
am. ⁊ secundum multitu
dinem miserationum tuarū:
dele iniquitatem meā. am
plius lava me ab iniquitate
mea: et a pēō meo munda me.
Quoniam iniquitatē meā
am ego cognosco: et peccatū
meum contra me est semper.
Tibi soli peccavi et malū
coram te feci: ut iustificeris in
sermonibus tuis et vincas cū
iudicaris. Ecce enim in in
quitatibus conceptus sum: et
in peccatis concepit me mater
mea. Ecce enim veritatem
dilexisti: incerta et occulta sapi
entie tue manifestasti mihi.
Asperges me domine ysopo ⁊
mundabor: lavabis me et su
per nivem dealbabor. Audi
tui meo dabis gaudium et le
ticiam: et exultabunt ossa hu
miliata. Averte faciē tuā

a peccatis meis: et omīs mu
tationes meas dele. Cor mun
dum crea in me deus: et spīm
rectum innova in visceribus
meis. Ne proicias me a fa
cie tua: et spiritum sanctum
tuum ne auferas a me. Red
de mihi letitiam salutaris
tui: et spiritu principali con
firma me. Docebo iniquos
vias tuas: et impii ad te con
vertentur. Libera me de sāg
uinibus deus deus salutis
mee: et exultabit lingua mea
iustitiam tuam. Domine
labia mea aperies: et os me
um annuntiabit laudē tuā.
Quoniam si voluisses sa
crificium dedissem utiq; holo
caustis non delectaberis. Sa
crificium deo spūs contribula
tus: cor contritum et humili
atum deus non despicies. Be
nigne fac domine in bona vo
luntate tua syon: ut edificen
tur muri ierusalem. Tūc
acceptabis sacrificium iustitie
oblationes et holocausta:

tunc imponent sup altare tu
um vitulos.

psalmus dauid de malitia sau
lis quādo iniecerat sacerdotes dñi

Vid glo
riaris in
malitia:
qui potēs
es in equi
tate. To
ta die iniustitiam cogitauit
lingua tua: sicut novacula a
cuta fecisti dolum. Dilexisti
malitiam sup benignitatem:
iniquitatem magis quam lo
qui equitatem. Dilexisti
omnia verba precipitationis:
lingua dolosa. Propterea

deus destruet te in finē euellet
te et emigrabit te de tabernā
culo tuo: et radicem tuam de
terra uiuentium. Videbunt
iusti et timebunt: et super eū
ridebunt et dicent: ecce homo
qui non posuit deum adiutorē
suum. Sed sperauit in mul
titudine diuitiarum suarum:
et preualuit in uanitate sua.
Ego autem sicut oliua
fructifera in domo dei speraui
in misericordia dei mei in eternum:
et in seculum seculi. Confi
tebor tibi in seculum quia fe
isti: et expectabo nomen tuū
quoniam bonum est in con
spectu sanctorum tuorum.



Psalmus dauid de persecutione quam pasus est a filiis israel tempore captiuitatis.

Dixit insipiens in corde suo : non est deus. Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in iniquitatibus : non est qui faciat bonum. Deus de celo prospexit super filios hominum : ut uideat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt : non est qui faciat bonum non est usq; ad unum. Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem : qui deuorant plebem meam ut escam panis. Deum non inuocauerunt illic trepidauerunt timore ubi non erat timor. Quoniam deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent : confusi sunt quoniam deus spreuit eos.

Quis dabit ex syon salutare israel : cum auerterit dominus captiuitatem plebis sue exultabit iacob et letabitur israel.

Psalmus dauid pergentis deo auxiliū quādo ꝯmota sunt nemorum ad saul ut eum occiderent.

Deus in nomine tuo saluum me fac : et in uirtute tua libera me. Deus exaudi orationem meam : auribus percipe uerba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me et fortes quesierunt animam meam : et non proposuerunt deum ante conspectum

suum. Ecce enim deus adiuuat me: et dominus suscep
tor est anime mee. Auerte
mala inimicis meis: et in ue
ritate tua disperde illos. O
luntarie sacrificabo tibi: et con
fitebor nomini tuo dñe quo
niam bonum est. Quoniã
ex omni tribulatione eripuisti
me: et super inimicos meos
despexit oculus meus.

Psalmus dauid gratias agen
tis deo de liberatione sua quan
do fugiat de ceyla.

Exaudi deus oratio
nem meam: et ne
despexeris deprecа
tionem meam: intende michi
et exaudi me. Contristatus

sum in exercitatione mea: et con
turbatus sum a uoce inimici
et a tribulatione peccatoris.
Quoniam declinauerunt
in me iniquitates: et in ira mo
lesti erant michi. Cor meum
conturbatum est in me: et for
mido mortis cecidit super me.
Timor et tremor uenerunt
sup me: et contexerunt me te
nebre. Et dixi quis dabit mi
pennas sicut columbe: et vola
bo et requiescam. Ecce elon
gaui fugiens: et mansi in so
litudine. Expectabam eũ
qui saluum me fecit: a pusilla
nimitate spiritus et tempestate.
Precipita domine diuide lin
guas eorum: quoniã uidi ini
quitatem et contradictionem
in ciuitate. Die ac nocte cir
cundabit eam super muros e
ius iniquitas: et labor in me
dio eius et iniustitia. Et non
defecit de plateis eius: usura et
dolus. Quoniã si inimicus
meus maledixisset michi: sus
tinuissem utique. Et si his q

odiat me sup me magna loqu
tus fuisset: abscondissem me
forsitan ab eo. Tu uero ho
mo unanimis: dux meus et
notus meus. Qui simul me
cum dulces capiebas cibos: in
domo dei ambulabimus cum
consensu. Veniat mors sup
illos: et descendant in infernū
viuentes. Quoniā nequitie
in habitaculis eorum: in me
dio eorum. Ego autem ad
deum clamaui: et dominus sal
uabit me. Vespere z mane
et meridie narrabo et annun
tiabo: et exaudiet uocem meā.
Redimet in pace animam
meam ab hys qui approqu
quiant mihi: quoniam inter
multos erat mecum. Exau
diet deus et humiliabit illos:
qui est ante secula. Non enī
est illis commutatio et non ti
muerunt deum: extendit ma
num suam in retribuendo.
Polluerunt testa
mentum eius diuisi sunt ab
ira uultus eius: et appropin
quabit cor illius. Mollita sūt
sermones eius super oleum: et
ipsi sunt iacula. Jacta sup
dominum curam tuam et ip
se te enutriet: et non dabit in
eternum fluctuationē iusto.
Tu uero deus deduces eos:
in puteum interitus. Viri
sanguinum et dolosi non di
midiabunt dies suos: ego
autem sperabo in te domine.

ps dauid fugientis a saul ad
regem geth ubi timuit occidi.

Clemens mei deus
quoniam conful
cauit me homo:
tota die impugnans tribula
uit me. Conculcauerunt

me uumia mea tota die: qm
multa bellantes aduersum
me. Ab altitudine diei ti
mebo: ego uero in te sperabo
In deo laudabo sermones
meos: in deo speraui non ti
mebo quid faciat michi ca
ro. Tota die uerba mea ex
secrabantur: aduersum me
omnes cogitationes eorum
in malum. Inhabitabūt
et abscondent: ipsi calcaneū
meum obseruabunt. Sic
aut sustinuerunt aiam meā
pro nichilo saluos facies illos:
in ira populos confringes.
Deus uitam meam an
nunciaui tibi: posuisti lacri
mas meas in conspectu tuo.
Sicut et in promissione
tua: tunc conuertentur ini
mici mei retrorsum. In q̄
cūq; die inuocauero te: ecce
cognoui quoniā deus meus
es. In deo laudabo uerbū
in domino laudabo sermonē:
in deo speraui non timebo q̄d
faciat michi homo. In

me sunt deus uota tua: que
reddam laudationes tibi.
Quoniam eripuisti ani
mam meam de morte et pedes
meos de lapsu: ut placeam co
ram deo in lumine uiuentiū.

Psalmus dauid fugientis a
facie saul in spelunca.

Miserere mei deus mi
serere mei: quoni
am in te confidit
anima mea. Et in umbra
alarum tuarum sperabo: do
nec transeat iniquitas. Cla
mabo ad deum altissimum:
deum qui benefecit michi.
Misit de celo et liberauit
me: dedit in obprobriū con

aulcantes me. Miserit deus mi
sericordiam suam et ueritatē
suam: et eripuit animā me
am de medio catulorum leo
num dormiui conturbatus.
Filij hominum dentes eor
arma et sagitte: et lingua co
rum gladius acutus. Ex
altare super celos deus: et in
omnem terram gloria tua.
Laqueum parauerunt pe
dibus meis: et incurauerūt
animam meam. Fodeīt
ante faciem meam foueā: et
inciderunt in eam. Paratū
cor meum deus paratum cor
meum: cantabo et psalmum
dicam. Exurge gloria mea
exurge psalterium et cythara:
exurgam diluculo. Confite
bor tibi in populis domine: et
psalmum dicam tibi in gentī
bus. Quoniā magnificata
est usq; ad celos misericordia
tua: et usq; ad nubes veritas
tua. Exaltare super celos
deus: et super omnem terram
gloria tua

ps̄ dauid quādo saul exiuit cū
exercitu suo ad querendū eū.

Si uere utiq; iustitiā
loquimini: recte iu
dicate filij hominū.
Etenim in corde iniquitas
operamini in terra: iniustitias
manus uestre conciniant.
Alienati sunt peccatores a
uulua erauerunt ab utero:
locuti sunt falsa. Furor il
lis secundum similitudinem
serpentis: sicut aspidis surde
et obturantis aures suas.
Que non exaudiet uocem
incantantium: et ueneficii in
cantantis sapienter. Deus
conteret dentes eorum in ore

ipsorum: molas leonum con
fringet dominus Ad nichi
lum deuenient tanquã aqua
decurrens: intendit arcum su
um donec infirmentur Sic
cut cera que fluit auferentur:
sup cecidit ignis et non vide
runt solem Et mulçr intelli
gerent spiritus uester rammum:
sicut viuentes sic in ira absor
bet eos Letabitur iustus
cum viderit vindictã: manus
suas lauabit in sanguine pec
catoris Et dicet homo si fru
gr est fructus iusto: utiq; est de
us iudicans eos in terra.

Psalmus dauid postquam
fugerat a facie saul uolentes
eum lancea perimere.

Eripe me de inimicis
meis deus meus: et
ab insurgentibus i
me libera me Eripe me de o
perantibus iniquitatem: et de
viris sanguinum salua me.
Quia ecce ceperunt animã
meam: inuerunt in me fortes.
Neq; iniquitas mea neq;
peccatum meum domine: sine
iniquitate cucurri et direxi.
Exurge in occursum meum
et vide: et tu domine deus virtu
tum deus israel Intende ad
visitandas omnes gentes: nõ
miserearis omnibus qui oper
antur iniquitatẽ Conuer
tentur ad uesperam et famem
patientur ut canes: et circuibit
ciuitatem Ecce loquentur
in ore suo: et gladius acutus i
labijs eorum: quoniam quis
audiuit Et tu domine den
debis eos: ad nichilum deduces
omnes gentes Fortitudinẽ
meam ad te custodiam: quia
deus susceptor meus deus me
us misericordia eius preuenit.

Deus ostendit mihi super
inimicos meos: ne occidas eos
ne quando obliuiscantur ppli
mei. Disperde illos in uirtu
te tua: et depone eos protector
meus domine. Delictum oris
eorum sermonem labiorū suo
rum: et comprehendantur in
superbia sua. Et de execratio
ne et mendacio: annunciabū
tur in consummatione. In
ira consummationis et non e
runt: et scient quia deus domi
nabitur iacob et finium terr.
Conuertentur ad uesperā
et famem patientur ut canes
et circuibunt ciuitatem. Ip
si dispergentur ad manducan
dum: si uero non fuerint sa
turati et murmurabunt.
Ego autem cantabo fortā
tudinem tuam: et exaltabo
mane misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor
meus et refugium meum: in
die tribulationis mee. Ad
iutor meus tibi psallam quia
deus susceptor meus es: deus

meus misericordia mea.

ps dd quando misit ioab et ex
ercitum contra filios amon.

Deus repulisti nos
et destruxisti nos:
iratus es et misere
tus es nobis. Commouisti
terram et conturbasti eam:
sana contritiones eius quia
commota est. Ostendisti po
pulo tuo dura: potasti nos u
no compunctionis. Dedisti
metuentibus te significationē
: ut fugiant a facie arcus. Ut
liberentur dilecti tui: saluum
fac dextera tua et exaudi me.
Deus locutus est in sanc
to suo: letabor et partibor sicu

mam et conuallem tabernaculorum mensurabo. Meus est galaad et meus est manasses: et effraym fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: moab olla spei mee. In ydumeam extendam calciamentum meum: mihi alienigene subdita sunt. Quis deducet me in aurifaticam munitam: quis deducet me usq; in ydumeam. Nonne tu deus qui repulisti nos: et non egredieris deus in uirtutibus nris. Da nobis auxilium de tribulatione: quia uana salus hominis. In deo faciemus uirtutem: et ipse ad nichilum deducet tribulantes nos.

Psalmus dauid quando ei nuntiatum est quia intrasset dauid domum abimelech

Exaudi deus deprecationem meam: intende oratione mee. A finibus terre ad te clamaui dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me. Deduxisti me quia factus es spes mea: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in uelamento alarum tuarum. Quoniam tu deus meus exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adiices: annos eius usq; in diem generationis et generationis. Et manet in eternum in conspectu dei: misericordiam et ueritatem eius quis requiret. Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: ut reddam uota mea de die in diem.

ps dd cum esset in persecutione
saulis r rodisset in terra nuda.

Omne deo subiecta
ta erit anima me
a: ab ipso enim
salutare meum Nam et ip
se deus meus et salutaris meus:
susceptor meus non movebor
amplius Quousq; uirtu
is in hominem interficiatis v
universi vos: tanqm paries inci
nato et macerie depulse Ve
rumptamen precium meum
cogitaverunt repellere aucur
in sitis: ore suo benedicebant
et corde suo maledicebat Ve
rumptamē deo subiecta esto
aia mea: qm ab ipo pacien

na mea Quia ipse deus
meus et saluator meus: ad
iutor meus non emigrabo.
In deo salutari meū et
gloria mea: deus auxilij mei
et spes mea in deo est Spe
rate in eo oīs congregatio po
puli effundite coram illo corda
vestra: deus adiutor noster in
eternū Verumptamen vani
tas filij hominum mendaces filij
hominū in statheris: ut decipi
ant ipi de iniquitate in idipm.
Nolite sperare in iniquitate r
rapinas nolite concupiscere. di
vitie si affluant nolite cor ap
ponere Semel locutus est
deus duo hec audiui quia po
testas dei est r tibi dne mia: qa
tu reddis vnicuiq; iuxta opa
sua.

Psalmus dauid existens in persecutione saulis.

DEus deus meus: ad te de luce uigilo. Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea; In terra deserta inuia et inaquosa sic in sancto apparui tibi: ut uiderem uirtutem tuam et gloriam tuam Quoniam melior est misericordia tua super uitas: labia mea laudabunt te Sic benedicam te in uita mea: et in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea: et labiis exultationis laudabit os meum Si memor fui tui super stratum meum in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus Et in uelamento alarum tuarum exultabo adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua Ipsi uero inaniter

quesierunt animam meam introibunt in inferiora terre: tradentur in manus gladii partes uulpium erunt Rex uero letabitur in deo laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

ps que fecit dd in persona danid que uidit per spm sanctum priusquam iudea in captiuitatem duceretur.

EXaudi deus orationem meam cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. Protexisti me a conuentu malignantium: a multitudine operantium iniquitatem. Quia exacuerunt ut gladium

um linguas suas intendenit
arcum rem amaram: ut sagit
tent in occultis immaculatū.
Subito sagittabunt eum
et non timebunt: firmauerūt
sibi sermonem nequā. Nar
rauerunt ut absconderent la
queos: dixerunt quis uidebit
eos. Scrutati sūt iniquitates:
defecerunt scrutantes scrutinio.
Accedat homo ad cor altū:
et exaltabitur deus. Sagitte
puerorū facte sunt plage eorū:
et infirmate sūt contra eos lī
gue eorū. Conturbati sūt oēs
qui uidebant eos: et timuit oīs
homo. Et annūtiauerunt
opa dei: et facta eius intellexe
runt. Letabitur iustus in
dño et sperabit in eo: et laudā
buntur omnes recti corde.

psalmus dauid prophetantis
de reditu a captiuitate babilo
nica.

Te decet ymnus de
us in syon: et tibi
reddetur uotum
in iherusalem. Exaudi o
rationem meam: ad te oīs
caro ueniet. Verba iniquo
rum preualuerunt sup nos:
et impietatibus nostris tu
propitiaberis. Beatus quē
elegisti et assumpsisti: inha
bitabit in atriis tuis. Re
plebimur in bonis domus tu
e: sanctum est templum tuū
mirabile in equitate. Ex
audi nos deus salutaris nost:
spes omnium finium terre et
in mari longe. Preparans
montes in uirtute tua accinc
tus potentia: qui conturbas
profundum maris sonum
fluctuum eius. Conturbabun
tur gentes et timebunt qui
habitant terminos a signis
tuis: exitus matutinu et uel
pere delectabis. Visitasti ter

ram et inebriasti eam: multa
plicasti locupletare eã. Flu
men dei repletum est aquis:
parasti cibum illorum qm
ita est preparatio eius. Ri
uos eius inebrians multapli
ca genimina eius: in stillici
dys eius letabitur germinãs.
Benedices corone anni bo
nitatis tue: et campi tui
replebuntur ubertate. Pin
guescent speciosa deserti: et
exultatione colles accingen
tur. Induti sunt arietes
ouium et valles habunda
bunt frumento: clamabũt
etenim ymnum dicent.

Psalmus dd̄ de liberatione po

pulo israel a seruitute egyptiaka

Iubilate deo omnis
terra psalmum di
cite nomini eius:
date gloriam laudi eius.
Dicite deo quam terribilia
sunt opa tua domine: in ml̄
titudine virtutis tue mentia
entur tibi inimici tui. Om
nis terra adoret te et psallat
tibi: psalmum dicat nomi
ni tuo. Venite et videte opa
dominu: terribilis in consilijs
sup filios hominũ. Qui
convertit mare in aridam in
flumine pertransibunt pedi:
ibi letabimur in ipso. Qui
dominatur in virtute sua in
eternum oculi eius sup gen
tes respiciunt: qui exasperãt
non exaltentur in semetipis.
Benedicite gentes deum
nostrum: et auditam facite
vocem laudis eius. Qui
posuit animam meam ad
vitam: et non dedit in com
motionem pedes meos.
Quoniam probasti nos

deus: igne nos examinasti si
cut examinatur argentum:
Induxisti nos in laqueū
posuisti tribulationes in dor
so nostro: iposuisti homines
super capita nostra. Transi
imus per ignem et aquam:
et eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuā
in holocaustis: reddam tibi vo
ta mea que distinxerunt labia
mea. Et locutum est os me
um: in tribulatione mea.
Holocausta medullata of
feram tibi cum incenso arietū:
offeram tibi boues cum hircis.
Venite audite et narrabo
omnes qui timetis deum: quā
ta fecit anime mee. Ad ip
sum ore meo clamaui: et exul
tauit sub lingua mea. Ini
quitatem si aspexi in corde me
o: non exaudiet dñs. Propte
rea exaudiuit deus: et attem
dit voci deprecationis mee.
Benedictus deus qui non
amouit orationem meam: et
misericordiam suam a me.

Psalmus dauid de deprecatio p
populo dei et de prophecia de
passione xpisti.

Deus misereatur
nostri et benedi
cat nobis: illu
net vultum suum super nos
et misereatur nostri. Et cog
noscamus in terra viam tuā:
in omnibus gentibus salutā
re tuum. Confitebuntur ti
bi populi deus: confitebuntur
tibi populi omnes. Letē
tur et exultent gentes quoniā
iudicas populos in equitate:
et gentes in terra dirigis.
Confitebuntur tibi popu
li deus confitebuntur tibi po
puli omēs: terra dedit fructū

suum benedicat nos deus
deus noster benedicat nos ds:
et metuant eū oīs fines terre.

ps dd de resurrectione ascensionis xpusti et de missione sps sancti et aduentu iudicium.

Exurgat deus et dis
sipentur inimici
eius: et fugiant
qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in letitia. Cantate deo psalmum dicite nomini eius iter facite ei qui ascendit super occasum: dns nomen illi.

Exultate in conspectu eius:
turbabuntur a facie eius pa
ter orphanorum et iudicas
viduam deus in loco scō
suo: deus inhabitare facit unā
nimes in domo. Qui edu
cat uinctos in fortitudine: si
mulatos qui exasperant qui
habitant in sepulchris. Deus cum egrederis in conspectu populi tui: cum pertransieris in deserto. Terra mota est etenim celi distillauerunt a facie dei synai: a facie dei israel. Pluuiam uoluntariam segregabis deus hereditati tue et infirmata est: tu uero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit uerbum euangelizantibus: uirtute multa. Rex uirtutum dilecti dilecti: et speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros pēne columbe deargentate: et posteriora dorsi eius in pallore

aun Quum discernit celestis
reges sup eam nunc dealbabun
tur in selmon: mons dei mōs
pinguus Mons coagulat⁹
mons pinguus: ut quid suspi
camini montes coagulatos.
Mons in quo beneplacuit
est deo habitare in eo: etenim dns
habitabit in finem Iunus
dei decem milibus multiplex
milia letantiū: dns in eis in
synai in scō Ascendisti in al
tū captiuam: accepisti
dona in hominib; etenim non
credentes: inhabitare dnm deū.
Benedictus dns die cotidie:
prosperum iter faciet nobis deus
salutarium nr̄or deus nr̄ ds
saluos faciendi: et dni dni exi
tus mortis Verumptamē ds
confringet capita inimicor⁹ su
or̄ū: verticē capilli pambulan
tiū in delictis suis Dixit do
minus ex basan convertam:
convertā in profundū maris.
Ut intinguat⁹ pes tuus in
sanguine: lingua canū tuor⁹
ex inimicis ab ipō Accedit

ingressus tuos deus: ingressus
dei mei regis mei qui est in scō.
Preuenerūt principes con
iuncti psallentib;: in medio
iuuencularū tympanistriarū.
In ecclesiis benedicite deo
dño: de fontib; israel Ibi
beniamyn adolescentulus: in
mentis excessu Principes
iuda duces cor̄: principes za
bulon et principes nepthalim.
Mandā deus virtuti tue: cō
firma deus hoc qd̄ operatus es i
nobis A templo tuo qd̄ est
in ihrlm: tibi offerent reges
munera Increpa feras ha
rundinis congregationē tauror⁹
in vaccis populor⁹: ut exclu
dant eos qui probati sunt ar
genti Dissipa gentes que
bella volunt venient legati ex
egypto: ethyopia p̄ueniet ma
nus eius deo Regna terre
cantate deo: psallite domino.
Psallite deo qui ascendit
sup celū celi: ad orientē E
ce dabit voci sue voce virtutis
date gloriam deo sup israel:

magnificentia eius & nubes
eius in nubibus. ℣ Mirabi
lis deus in sanctis suis: de

us israel ipse dabit virtutem
et fortitudinem plebi suę:
benedictus deus. ℟ Qui fa pñ.

psalmus dauid de passione
xpisti et membrorum eius.

Saluū
me
fac de
us
quo
niam
intra
uerunt aque: usq; ad animā
meam. Infixus sum in li
mo profundi: et non est sub
stantia. Ueni in altitudinē
maris: et tempestas demersit
me. Laboraui clamās rau
ce facte sunt fauces mee: defec
runt oculi mei dum spero in
deum meū. Multiplicati sūt
sup capillos capitis mei: qui
oderunt me gratis. Confor
tate sunt qui persequti sunt me
inimici mei iniuste: que non
rapui tunc exsoluebam. De
us tu scis insipientiam meā:
et delicta mea a te non sunt
abscondita. Non erubescāt

in me qui expectant te dñe:
domine uirtutum. Non cō
fundantur sup me: qui querūt
te deus israel. Quoniam
propter te sustinui obprobri
um: operuit confusio faciem
meam. Extraneus factus
sum fratribus meis: et pere
grinus filius matris mee.
Quoniam zelus domus
tue comedit me: et obprobria
exprobrantium tibi ceciderūt
sup me. Et operui in ieiunio
animam meam: et factum
est in obprobriū mihi. Et
posui uestimentum meum ci
licium: et factus sum illis in
parabolam. Aduersū me
loquebantur qui sedebant in
porta: et in me psallebant q̄
bibebant uinum. Ego ue
ro orationem meam ad te do
mine: tempus beneplaciti de
us. In multitudine misericor
die tue exaudi me: in ue
ritate salutis tue. Eripe
me de luto ut non infigar li
bera me ab hijs qui oderunt

me: et de profundis aquarū.
Non me demergat tempes
tas aque neq; absorbeat me
profundum: neq; urgeat su
per me puteus os suum. Ex
audi me dominē qm benig
na est misericordia tua: se
cundum multitudinē mise
rationum tuarum respice i
me. Et ne auertas faciem
tuam a puero tuo: quoniā
tribulor uelociter exaudi me.
Intende anime mee et li
bera eam: propter inimicos
meos eripe me. Tu scis i
properium meum et confusi
onem meam: et reuerentiaā
meam. In conspectu tuo
sunt omnes qui tribulant
me: improperiū expectauit
cor meū et miseriam. Et
sustinui qui simul contristā
retur et non fuit: qui conso
laretur et non inuenī. Et
dederunt in escam meam fel
et in sitī mea potauerunt me
aceto. Fiat mensa eorum
coram ipsis in laqueū: et in
retributiones et in scandalum.
Obscurentur oculi eorū ne
videant: et dorsum eorum sem
per incurua. Effunde super
eos iram tuam: et furor īre tu
e comprehendat eos. Fiat
habitatio eorum deserta: et in
tabernaculis eorum non sit q̄
inhabitet. Quoniam quē
tu percussisti persecuti sunt: et su
per dolorem uulnerum meor addi
derunt. Appone iniquitatem super
iniquitatem eorum:
et non intrent in iustitiaā tuā.
Deleantur de libro uiuentā
um: et cum iustis non scribā
tur. Ego sum pauper et dolēs:
salus tua deus suscepit me.
Laudabo nomen dei cum
cantico: et magnificabo eum
in laude. Et placebit deo su
per uitulum nouellum: cor
nua producentem et ungulas.
Videant pauperes et letentur:
querite deum et uiuet anima
vestra. Quoniā exaudiuit
pauperes dominus: et uinctos
suos non despexit. Laudet

illum cli et terra: mare et oia
reptilia in eis. Quoniam
deus saluam faciet syon: et e
dificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabunt ibi: et he
reditate acquirent eam. Et
semen seruorum eius possidebit eam: et qui diligūt nomē
eius habitabunt in ea.

Psalmus dauid recordantis
benefacta sibi a deo prefecta.

Deus in adiutoriū
meum intende:
domine ad ad
iuuandum me festina. Cō
fundantur et reuereantur: q̄
querunt animam meam.
Reuertantur retrorsum et
erubescant: qui uolunt mihi
mala. Auertantur statim
erubescentes: qui dicūt mihi
euge euge. Exultent et letē
tur in te omnes qui querunt
te: et dicant semp magnificē
tur dominus qui diligunt sa
lutare tuum. Ego uero e
genus et pauper sum: deus ad
iuua me. Adiutor meus e
liberator meus es tu: domine
ne moreris. Gloria patri.

Ps dauid de eadem materia
de qua est psalmus p̄cedens.

In te domine spera
ui non confundar
in eternū: in iusti
tia tua libera me et eripe me.

Inclina ad me aurem tu
am: et salua me Esto mi
hi deum protectorem et in lo
cum munitum: ut saluum
me facias Quoniã firma
mentum meum: et refugiũ
meũ es tu Deus meus e
ripe me de manu peccatoris:
et de manu contra legem a
gentis et iniqui Quoniã
tu es patientia mea domine:
domine spes mea In te cõ
firmatus sum ex utero: de ue
tre matris mee tu es protec
tor meus In te cantatio
mea semp: tanq̃ prodigiũ
factus sum multis et tu ad
utor fortis Replebitur os
meum laude: ut cantem glo
riam tuam tota die magni
tudinem tuam Ne proi
as me in tempore senectutis:
cum defecerit uirtus mea ne
derelinquas me Quia dix
erunt inimici mei mihi: et
qui custodiebant animã me
am consilium fecerunt in u
num dicentes deus dere

liquid eum plequimini et cõ
prehendite eum: quia nõ est
qui eripiat Deus ne elon
geris a me: deus meus in aux
ilium meum respice. Confũ
dantur et defficiant detrahen
tes animę mee: operiantur
confusione et pudore qui que
runt mala mihi Ego au
tem semp sperabo: et adiiciã
super omnem laudem tuã
meum annunciabit iustitiam
tuam: tota die salutare tuũ.
Quoniam non cognoui
literaturam introibo in pote
tas domini: domine memo
rabor iustitie tue solius Te
us docuisti me a iuuentute me
a et usq; nunc: pronunciabo
mirabilia tua Et usq; in
senectam et senium: deus ne
derelinquas me donec an
nunciem brachium tuum: ge
nerationi omni que uenturia
est Potentiam tuã et iusti
tiam tuam deus usq; in altis
sima que fecisti magnalia: de
us quis similis tibi Quã

tas ostendisti michi tribulationes multas et malas et conuersus uiuificasti me: et de abyssis terre iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam: et conuersus consolatus es me. Nam et ego confitebor tibi in uasis psalmi ueritatem tuam deus: psalmi tibi in cythara sanctus israel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: et anima mea quam redemisti. Sed et lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi et reuerita fuerunt qui querunt mala michi.



Psalmus dauid de xpisto

futuro regi.

Deus iudicium tuum regi da: et iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iustitia: et pauperes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo: et colles iustitiam. Iudicabit pauperes populi et saluos faciet filios pauperum: et humiliabit calumpniatorem. Et permanebit cum sole et ante lunam: in generatione et generationem. Descendet sicut pluuia in uellus: et sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia et habundantia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur a mari usque ad mare: et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident ethiopes: et inimici eius terram lingent. Reges tharsis et insule munera offerent: reges arabum et saba dona addu

cent. Et adorabunt eum oēs
reges: omnes gentes seruient
ei. Quia liberabit pauperē
a potente: et pauperem cui nō
erat adiutor. Parcet pau
peri et inopi: et animas pau
perum saluas faciet. Ex
usuris et iniquitate redimet
animas eorum: et honora
bile nomen eorum corā illo.
Et uiuet et dabitur ei de
auro arabie et adorabunt de
ipso semp: tota die benedicet
ei. Erit firmamentum i
terra in summis montium
superextolletur sup libanū
fluctus eius: et florebunt de
ciuitate sicut fenum terre.
Sit nomen eius benedic
tum in seculā: ante solem p
manet nomen eius. Et be
nedicentur in ipso omnes tri
bus terre: oēs gentes mag
nificabunt eum. Benedic
tus dominus deus israel: qui
facit mirabilia solus. Et
benedictum nomen maiesta
tis eius in eternū: et replebi
tur maiestate eius omnis
terra fiat fiat.

psalmus asaph prophetans
de bonitate diuine prouidencie

Quam bonus israel
el deus: hys qui
recto sunt corde.
Mei autem pene mote sūt
pedes: pene effusi sunt gres
sus mei. Quia zelaui sup iu
quos: pacem peccatorum in
deus. Quia non est respect
mortē eorum: et firmamen
tum in plaga eorum. In
labore hominum non sunt:
et cum hominibus non fla
gellabuntur. Ideo tenuit
eos superbia: operti sunt iniqui

tatē et impietatē suā. Quasi ex adype iniquitas eor:
transierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt et locuti sūt
nequitiam: iniquitatem in ex
celso locuti sunt. Posuerunt
in celum os suum: et lingua e
orum transiuit in terra. Ide
o conuertetur populus meus
hic: et dies plenꝰ inuenientur
in eis. Et dixerunt quomo
do scit deus: et si est scientia in
excelso. Ecce ipsi peccatores et
habundantes in seculo: optā
nuerunt diuitias. Et dixi ergo
sine causa iustificaui cor
meum: et laui inter innocentes
manus meas. Et fui flagel
latus tota die: et castigatio
mea in matutinis. Si dicē
bam narrabo sic: ecce nationē
filiorum tuorum reprobaui.
Existimabam ut cognoscē
rem: hoc labor est ante me.
Donec intrem in sanctua
rium dei: et intelligam in no
uissimis eorum. Verumptā
men propter dolos posuisti
eis: dum allevarē
tur. Quomodo facti sunt
in desolationem: subito defec
runt perierunt propter iniqui
tatem suam. Velut somp
nium surgentium: domine in ci
uitate tua ymaginem ipsorū
ad nichilum rediges. Quia
inflammatum est cor meū et
renes mei commutati sunt:
et ego ad nichilum redactus
sum et nesciui. Et iumen
tum factus sum apud te: et e
go semper tecum. Tenuisti
manum dexteram meam et in
voluntate tua deduxisti me: et
cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in ce
lo: et a te quid uolui super ter
ram. Defecit caro mea et
cor meum: deus cordis mei et
pars mea deus in eternum.
Quia ecce qui elongant se
a te peribunt: perdidisti omnē
qui fornicatur abs te. Mihi
autem adherere deo bonum
est: ponere in domino deo spē
meam. Et annunciem

omnes predicationes tuas: in portis fuic hyon.



Psalmus asaph de futura captiuitate babilonica.

UT quid deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascue tue. Memor esto congregationis tue: quam possedisti ab initio. Redemisti virgam hereditatis tue: mons syon in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto. Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio sollempnitatis tui. Posuerũ signa

sua signa: et non cognouerũt sicut in exitu super summũ. Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi et asscia deiecerunt eam. Incenderunt igni sanctuarium tuũ in terra: polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Signa nostra non vidimus iam non est prophecia: et nos non cognoscet amplius. Usquequo deus improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuum in finem. Et quid auertis manum tuam: et dexteram tuam de medio sinu tuo in finem. Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terre. Tu confirmasti in uirtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis. Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam po

pulis echopum Tu disru
pisti fontes et torrentes: tu sic
casti fluuios echam Tuus
est dies et tua est nox: tu fabri
catus es auroram et solē Tu
fecisti omnes terminos terre:
estatem et ver tu plasmasti
ea Memor esto huius tu
micis improperabit dominus:
et populus insipiens incitauit
nomen tuum Ne tradas
bestijs animas confitentiū
tibi: et animas pauperū tuorū
ne obliuiscaris in finē Re
spice in testamentum tuum:
quia repleti sunt qui obscura
ti sunt terre domibus iniquita
tum Ne auertatur humi
lis factus confusus: pauper et
inops laudabunt nomen tu
um Exurge deus iudica
causam tuam: memor esto
improperiorum tuorū: eorum
que ab insipiente sunt tota
die Ne obliuiscaris uoces
inimicorum tuorum: superbia
eorum qui te oderunt ascendit
semper.

Psalmus asaph dispersio po
puli israel uersi in terram na
turalis sub assyrijs.

Confitebimur tibi
deus confitebimur: et
inuocabimus
nomen tuum Narrabimus
mirabilia tua: cum accepero
tempus ego iustitias iudica
bo Liquefacta est terra et
omnes qui habitant in ea:
ego confirmaui columpnas
eius Dixi iniquis nolite
inique agere: et delinquentibus
nolite exaltare cornu No
lite extollere in altum cornu
uestrum: nolite loqui aduer
sus deum iniquitatem Qua
nec ab oriente nec ab occi

dentr neqz a desertis montibz:
quoniam deus iudex est.
Hunc humiliat et hunc
exaltat: quia calix in manu
domini vini meri plenus mix
to Et inclinauit ex hoc in
hoc. uerumptamen fex eius
non est exinanita bibent oes
peccatores terr Ego aut
annunciabo in seculum: can
tabo deo iacob Et omnia
cornua peccatorum confrin
gam: et exaltabuntur cor
nua iusti

Psalmus asaph de persecutio
ne antiochi filii seleuchi regis
temporc machi.
Deus in iudea de
us: in israel mag

num nomen eius Et factus
est in pace locus eius: et habi
tatio eius in syon Ibi con
fregit potentias: arcum scu
tum gladium et bellum Tu
luminans tu mirabiliter a
montibus eternus: turbati sr
omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum
suum: et nichil inuenerunt
omnes uiri diuitiarum in
manibus suis ab increpa
tione tua deus iacob: dormi
tauerunt qui ascenderunt c
quos tu terribilis es et qs
resistet tibi: ex tunc ira tua.
De celo auditum fecisti iu
dicium: terra tremuit z quie
uit Cum exurgeret in iu
dicio deus: ut saluos faceret
omnes mansuetos terr.
Quoniam cogitatio ho
minis confitebitur tibi: et re
liquie cogitationis diem fes
tum agent tibi Vouete et
reddite domino deo uestro:
omnes qui in circuitu eius
afferris munera Terribi

h et ei qui auferat spiritum pri
apum. terribilis apud omnes
reges terre.

psalmus asaph de passione
babilonica et eius terminatione.

Vox mea ad dominum clamaui: vox
mea ad deum et
intendit mihi. In die tri
bulationis mee deum exquisi
ui manibus meis: nocte con
tra eum et non sum deceptus.
Renuit consolari ani
ma mea memor fui dei: et de
lectatus et exercitatus sum: et
defecit spiritus meus. Ante
uenerunt uigilias oculi me
i: turbatus sum et non sum

locutus. Cogitaui dies an
tiquos: et annos eternos in
mente habui. Et meditа
tus sum nocte cum corde meo:
et exercitabar et scopebam spi
ritum meum. Nunquid in
eternum proiicet deus: aut nō
apponet ut complacatior sit
adhuc. Aut in finem misc
ricordiam suam abscidet: a
generatione in generationē.
Aut obliuiscetur miserери
deus: aut continebit in ira
sua misericordias suas. Et
dixi nunc cepi: hec mutatio
dextere excelsi. Memor fui o
perum domini: quia memor
ero ab initio mirabilium
tuorum. Et meditabor in
omnibus operibus tuis: et
in adinuentionibus tuis ex
erebor. Deus in sancto vi
a tua quis deus magnus si
cut deus noster: tu es deus q
facis mirabilia. Notam
fecisti in populis uirtutem
tuam: redemisti in brachio
tuo populum tuum filios ia

cob et ioseph. Deduxisti tq
aque deus viderunt te aque:
et timuerunt et turbati sūt
abyssi. Multitudo sonitus
aquarum: vocem dederunt
nubes. Etenim sagitte tue
transeunt. vox tonitrui tui i
rota. Fulserunt choruscā
tiones tue orbi terre: commo
ta est et contremuit terra.
In mari via tua et semite
tue in aquis multis: et vestī
gia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues popu
lum tuum: in manu moysi
et aaron.

Psalmus asaph ostendēs ex
scriptur quod regnū israel p
uenerat ad dauid et potestatē
eius ex diuina electione.

Intendite populе
meus legem meā:
inclinate aurem
vestram in verba oris mei.
Aperiam in parabolis os
meum: loquar propositio
nes ab initio. Quanta au
diuimus et cognouimus ea:
et patres nostri narrauerunt
nobis. Non sunt occulta
ta a filiis eorum: in generatī
one altera. Narrantes lau
des eius et uirtutes eius: et
mirabilia eius que fecit. Et
suscitauit testimonium in ia
cob: et legem posuit in israel.
Quanta mandauit patri
bus nostris notа facere a filiis
suis: ut cognoscat generatio
altera. Filij qui nascentē
et exurgent: enarrabunt fi
lijs suis. Et ponant in deo
spem suam et non obliuiscā
tur operum dei: et mandata
eius exquirant. Ne fiant
sicut patres eorum: generatio
praua et exasperans. Gene

ratio que non dirext cor sui:
et non est creditus cum deo
spiritus eius. Ipse effrenu
mentientes et mittentes ani:
conuersi sunt in die belli. Et
custodierunt testamentum dei:
et in lege eius noluerunt am
bulare. Et obliti sunt be
nefactorum eius: et mirabili
um eius que ostendit eis.
Coram patribus eorum
fecit mirabilia in terra egypti:
in campo thaneos. Intercl
cupit mare et perduxit eos: et
statuit aquas quasi in utre.
Et deduxit eos in nube diei:
et tota nocte in illuminatio
ne ignis. Interrupit petram
in deserto: et adaquauit eos
sicut in abysso multa. Et
eduxit aquam de petra: et de
duxit tanq̃ flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc
peccare ei: in ira excitauerunt
excelsum in inaquoso. Et
temptauerunt deum in cor
dibus suis: ut peterent escas
animabus suis. Et male
locuti sunt de deo: dixerũt nũ
quid potent deus parare mẽ
sam in deserto. Quoniam
percussit petram et fluxerunt
aque: et torrentes inundа
uerunt. Nunquid et panẽ
potent dare: aut parare men
sam populo suo. Ideo audi
uit deus et distulit: et ignis
accensus est in iacob: et ira
ascendit in israel. Quia
non crediderunt in deo: nec
speraverunt in salutari eius.
Et mandauit nubibus
desuper: et ianuas celi aperuit.
Et pluit illis manna ad
manducandum: et panem
celi dedit eis. Panem an
gelorum manducauit homo:
cibaria misit eis in habundã
tia. Transtulit austrum
de celo: et induxit in virtute
sua affricum. Et pluit su
per eos sicut pulueꝛ carnes:
et sicut arenam maris uola
tilia pennata. Et ceciderũt
in medio castrorum eorum:
circa tabernacula eorũ. Et

manducauerunt et saturati
sunt nimis et desiderium eorũ
attulit eis: non sunt fraudati
a desiderio suo. Adhuc esca
ut eorum erant in ore ipsorũ:
et ira dei ascendit sup eos. Et
occidit pingues eorum: et electos israel impediuit. In
omnibus his peccauerunt
adhuc: et non crediderunt in
mirabilibus eius. Et defe-
cerunt in uanitate dies eorũ:
et anni eorum cum festinatione. Cum occidebat eos quae-
rebant eum: et reuertebantur
et diluculo ueniebant ad eũ.
Et rememorati sunt quia
deus adiutor est eorum: et
deus excelsus redemptor eorũ
est. Et dilexerunt eũ in ore
suo: et lingua sua mentita est
ei. Cor autem ipsorum
non erat rectum cum eo: nec
fideles habiti sunt in testa-
mento eius. Ipse autem
est misericors et propitius fi
et peccatis eorum: et non dis-
perdet eos. Et habundauit

ut auerteret iram suam: et non
accendit omnem iram suam.
Et recordatus est quia ca-
ro sunt: spiritus uadens et non
rediens. Quotiens exacer-
bauerunt eum in deserto: in ira
concitauerunt eum in ma-
quosa. Et conuersi sunt et
temptauerunt deum: et sanctum
israel exacerbauerunt. Non
sunt recordati manus eius:
die qua redemit eos de manu
tribulantis. Sicut posuit
in egypto signa sua: et prodi-
gia sua in campo thaneos.
Et conuertit in sanguinem
flumina eorum: et imbres
eorum ne biberent. Misit in
eos cynomiam et comedit e-
os: ranam et disperdidit eos.
Et dedit erugini fructus e-
orum: et labores eorum locus
et. Et occidit in grandine
uineas eorum: et moros eo-
rum in pruina. Et tradidit grã-
dini iumenta eorum: et pos-
sessionem eorũ igni. Misit
in eos iram indignationis

ſuc indignationem et iram
et tribulationem: imiſſionē
per angelos malos. Viā
fecit ſemite ut ſue non pepar
a morte animarum eorum:
et iumenta eorum in morte
conclusit. Et percuſſit omne
primogenitum in terra egyp
ti: primicias omnes laboris
eorum in tabernaculis cham.
Et abſtulit ſicut oues po
pulum ſuum: et perduxit eos
tanq̃ gregem in deſerto. Et
deduxit eos in ſpe et non timu
erunt: et inimicos eorum ope
ruit mare. Et induxit eos
in montem ſanctificationis
ſue: montem quem acquiſi
ivit dextera eius. Et eiecit a
facie eorum gentes: et ſorte di
viſit eis terram in funiculo
diſtributionis. Et habita
re fecit in tabernaculis eorū
tribus iſrael. Et tentauerunt
et exacerbauerunt deū
excelſum: et teſtimonia eius
non cuſtodierunt. Et auer
terunt ſe et non ſeruauerunt
pactum: quemadmodū pa
tres eorum conuerſi ſunt in
arcum prauū. Ꝯn ira con
ſtauerunt eum in collibus
ſuis: et in ſculptilibus ſuis
ad emulationem eum prouo
cauerunt. Ꝯudiuit deus et
ſpreuit: et ad nichilum rede
git ualde iſrael. Et repulit
tabernaculum ſilo: taberna
culum ſuum ubi habitauit
in hominibus. Et tradidit
in captiuitatem uirtutem eo
et pulchritudinem eorum in
manus inimici. Et cōclu
ſit in gladio populum ſuum:
et hereditatem ſuam ſpreuit.
Iuuenes eorum comedit
ignis: et uirgines eorum non
ſunt lamentate. Sacerdotes
eorum in gladio ceciderunt:
et uidue eorum non plorabā
tur. Et exurrexit tan
q̃ dormiens dñs: tanquā po
tens crapulatus a uino. Et
percuſſit inimicos ſuos in poſ
teriora: opprobrium ſempi
ternum dedit illis. Et rep

pulit tabernaculum ioseph:
et tribum effraim non elegit.
Sed elegit tribum iuda:
montem syon quem dilexit.
Et edificauit sicut unicor
nium sanctificium suum:
in terra quam fundauit in
seculu Et elegit dauid ser
uum suum et sustulit eum
de gregibus ouium: de post
fetantes accepit eum pa
scere iacob seruum suum: z
israel hereditatem suã et
pauit eos in innocentia cor
dis sui: et in intellectibz ma
nuum suarum deduxit eos.

Psalmus asaph de persecutio
ne facta per nabugodonosor.

Deus uenerunt gẽ
tes in hereditatẽ
tuam polluerũt
templum sanctum tuũ: po
suerunt ierusalem in pomo
rum custodiam Posuerũt
mortalia seruorum tuorũ
escas uolatilibus cœli: carnes
sanctorum tuorum bestijs ter
re Effuderunt sanguinem
ipsorum tanq̃ aquam in cir
cuitu ierusalem: et non erat
qui sepeliret Facti sumus
obprobrium uicinis nostris:
subsannatio et illusio his
qui in circuitu nostro sunt.
Usq̃quo domine irascẽris
in finem: accendetur ueluti
ignis zelus tuus Effun
de iram tuam in gentes que
te non nouerunt: et in reg
na que non inuocauerunt.
Quia comederunt iacob:
et locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquita
tum nostrarum antiquarũ
cito anticipent nos miseri
die tue: quia pauperes facti

Ius nunus ✠ duua nos
deus salutaris noster: et prop
ter gloriam nominus tui do-
mine libera nos: et propitius
esto peccatis nostris propter
nomen tuum ✠ ne forte di
cant in gentibus ubi est deus
eorum: et innotescat in na
tionibus coram oculis nos
tris ✠ ltio sanguinis ser
uorum tuorum qui effusus
est: introeat in conspectu tuo
gemitus compeditorum.
✠ Secundum magnitudi
nem brachy tui: possidc filu
os mortificatorum ✠ et
redde vicinis nostris septu
plum in sinu eorum: impro
perium ipsorum quod expro
brauerunt tibi domine ✠ os
autem populus tuus et oues
pascue tue: confitebimur ti
bi in seculum ✠ in gnera
tione et generationem: an
nuntiabimus laudem tuam.

Ps asaph de xpo ad ludeam

✠ Qui regis israel in
tende: qui deducis
pelut ouem io
seph ✠ qui sedes super che
rubin: manifestare coram ef
fraym beniamin et manasse.
✠ xcita potentiam tuam
et veni: ut salvos facias nos.
✠ eus conuerte nos: et os
tende faciem tuam et salui e
rimus ✠ omine deus vir
tutum: quousq; irascris su
per orationem serui tui ✠ ci
babis nos pane lacrimarum.
et potum dabis nobis in la
crimis in mensura ✠ olu
isti nos in contradictionem
vicinis nostris: et inimici

nostri subclamauerunt nos.
Deus uirtutum conuerte
nos: et ostende faciem tuam
et salui erimus. Uineam de
egypto transtulisti: eiecisti gē
tes et plantasti eam. Dux
iteneris fuisti in conspectu ei?
plantasti radices eius et im
pleuit terram. Operuit
montes umbra eius: et ar
busta eius cedros dei. Extē
dit palmites suos usq; ad ma
re: et usq; ad flumen propa
gines eius. Ut quid des
truxisti maceriam eius: et vin
demiant eam omnes qui pre
tergrediuntur uiam. Exter
minauit eam aper de silua: et
singularis ferus depastus est
eam. Deus uirtutum
conuerte: respice de celo et vi
de et uisita uineam istam. Et
perfice eam quam plantauit dex
tera tua: et super filiū quē
confirmasti tibi. Incensa
igni et suffossa: ab increpa
tione uultus tui pibunt. Fi
at manus tua super uirum
dextere tue: et super filium ho
minis quem confirmasti ti
bi. Et non discedimus a
te: uiuificabis nos et nomen
tuum uocabimus. Do
mine deus uirtutum conuerte
nos: et ostende faciem tuam
et salui erimus. Gloria pñ.

ps asaph de cantandus in festo
tubarū pro gratiaꝝ actione de
fructibꝫ anni collectis.

Exultate deo adiutori nō: iubilate deo iacob. Sumite psalmum et date tympanum: psalterium iocundum cum cythara. Canite in neomenia tuba: in insigni die sollempnitatis vestre. Quia preceptum in israel est: et iudicium deo iacob. Testimonium in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti: linguam quam non noverat audiuit. Divertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino servierunt. In tribulatione invocasti me et liberavi te et exaudivi te in abscondito tempestatis: probavi te apud aquam contradictionis. Audi po
pulus meus et contestabor te: israel si audieris me non erit in te deus recens neque adorabis deum alienum. Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti: dilata os tuum et implebo illud. Et non audivit populus meus vocem meā: et israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum: ibunt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me: israel si in vijs meis ambulasset. Pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem: et super tribulantes eos misissem manum meam. Inimici domini mentiti sunt ei: et erit tempus eorum in seculum. Et adipe frumenti: et de petra melle satiavit eos.

Psalmus asaph contra pueros iudices alienos eorum

Deus stetit in sy
nagoga deorum:
in medio autem
deos diudicat. usq; quo iu
dicatis iniquitatem: et fa
cies peccatorum sumitis? iu
dicate egeno et pupillo: hu
milem et pauperem iustifica
te. eripite pauperem: et e
genum de manu peccatoris li
berate. nescierunt neq; in
tellexerunt in tenebris ambu
lant: mouebuntur omnia
fundamenta terre. ego
dixi dij estis: et filij excelsi oēs.
vos autem sicut homines
morietur: et sicut unus de
principibus cadetis. sur

ge deus iudica terram: qm tu
hereditabis in omnibus gentibz.

Psalmus asaph contra quos
dam hostes minantes terrā
et populum iudeorum.

Deus quis similis
erit tibi: ne taceas
neq; compescaris
deus. quoniam ecce inimi
ci tui sonuerunt: et qui oderūt
te extulerunt caput. super
populum tuum malignaue
runt consilium: et cogitaue
runt aduersus sanctos tuos.
dixerunt uenite et disper
damus eos de gente: et nō me
moretur nomē israel ultra.
quoniam cogitauerunt

vnanimiter: simul aduersus
te testamentum disposuerunt
tabernacula idumeor et is
maheliti. moab et agarē
rum. gebal et amon. et ama
lech: alienigene cum habitan
tibus tyrum. etenim assur
venit cum illis: facti sunt in
adiutorium filiis loth. ac
illis sicut madian et sisare:
sicut iabin in torrente sison.
Disperierunt in endor: facti
sunt ut stercus terre. pone
principes eorum sicut oreb: et
zeb et zebee. et salmana.
Omnes principes eorum:
qui dixerunt hereditate pos
sideamus sanctuarium dei. e
us meus pone illos ut rotam:
et sicut stipulam ante faciē
venti. sicut ignis qui cō
burit siluam: et sicut flāma
comburens montes. ita
persequeris illos in tempestate
tua: et in ira tua turbabis e
os. Impple facies eorum
ignominia: et quarent nomē
tuum domine. et erubescant

et conturbentur in seculum se
culi: et confundantur et pere
ant. Et cognoscant quia
nomen tibi dominus: tu so
lus altissimus in omni terra.

Psalmus filior chore expn
mens desiderium sanctor adhuc
in valle miserie degentium de
siderii ad gaudium supnor.

Quam dilecta tabernacula tua
domine virtutum:
concupiscit et deficit aīa mea
in atria dñi. cor meum et
caro mea: exultauerunt in do
mum uiuum. etenim pas
ser inuenit sibi domum: et
turtur nidum ubi ponat pul
los suos. altaria tua dñe

psalmus filiorz chore in quo est
gratiar actio pro reddita capti
uitate babilonie et pphetia de
pfecta liberatione per xpm tm.

Benedixisti domi
ne terram tuam:
auertisti captiui
tatem iacob remisisti mi
quitatem plebis tue: opuisti
omnia peccata eorũ tua
gisti omnem iram tuam: aui
tisti ab ira indignationis tue.
Conuerte nos deus salutā
ris noster: et auerte iram tuã
a nobis numquid ueteri
num iraseris nobis: aut extẽ
des iram tuam a generatione
et generationem eius tu

uirtutum: ter meus et ds me
us Beati qui habitant in
domo tua domine: in secula
seculorum laudabũt te Be
atus uir cuius est auxilium
abs te: ascensiones in corde su
o disposuit in ualle lacrimar:
in loco quem posuit et
nim benedictionem dabit le
gislator ibunt de uirtute in ur
tutem: uidebitur deus deorũ
in syon Domine deus uir
tutum exaudi orationem me
am: auribus pcipe deus ia
cob Protector noster aspi
ce deus: et respice in faciem
xpisti tui Quia melior
est dies una in atriis tuis:
super milia Elegi abiec
tus esse in domo dei mei: ma
gis quam habitare in taber
naculis peccatorũ Quia
misericordiam et ueritatem
diligit deus: gratiam et glo
riam dabit dominus Nõ
priuabit bonis eos qui am
bulant in innocentia: dñe
uirtutum beatus homo qui

conuersus viuificabis nos: ⁊
plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis dñe miam
tiam: et salutare tuū da no
bis Audiam quid loqua
tur in me dominus deus: quo
niam loquetur pacem in ple
bem suam Et super sanc
tos suos: et in eos qui conuer
tuntur ad cor Verumptа
men prope timentes eum sa
lutare ipsius: ut inhabitet
gloria in terra nostra Mi
sericordia ⁊ veritas obuiauerūt
sibi: iustitia ⁊ pax osculate sūt.
Veritas de terra orta est. et
iustitia de celo prospexit Et
enim dabit benignitatem:
et terra nra dabit fructū suū.
Iustitia ante eū ambula
bit: ⁊ ponet in via gressus suos.

Oratio dauid pro liberatione
sua a persecutione saul.

Inclina domine aurem tuam et exau
di me: quoniam inops ⁊
pauper sum ego Custodi a
nimam meam quoniam sanc
tus sum: saluum fac seruum tuū
deus meus sperantem in te.
Miserere mei domine quo
niam ad te clamauī tota die:
letifica animam serui tui quia
ad te domine animam meā
leuauī Quoniam tu dñe
suauis ac mitis ac multe mi
sericordie: omnibus inuocā
tibus te. Auribus percipe
domine orationem meam: et
intende voci deprecationis mee.
In die tribulationis mee
clamauī ad te: quia exaudisti
me Non est similis tui in
dys domine: et non est secūm
opa tua Omnes gentes
quascūq; fecisti venient et ado
rabunt coram te domine: et
glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu

et facies mirabilia: tu es
deus solus. Deduc me do
mine in via tua et ingrediar
in veritate tua: letetur cor me
um ut timeat nomen tuum.
Confitebor tibi domine de
us meus in toto corde meo:
et glorificabo nomen tuum
in eternum. Quia misericor
dia tua magna est super
me: et eruisti animam meã
ex inferno inferiori. Deus
iniqui insurrexerunt sup me:
et synagoga potentiũ quesi
erunt animam meam: et non
proposuerunt te in conspectu
suo. Et tu domine deus mi
serator et misericors pacens:
et multe misericordie et ve
rax. Respice in me et mi
serere mei: da imperium pue
ro tuo: et salvum fac filium
ancille tue. Fac mecum
signum in bono ut videant
qui oderunt me et confundã
tur: quoniam tu domine ad
iuuisti me et consolatus es
me.

psalmus filior chore ad lucrã
de mysterio xpisti et ecclesie.

Fundamenta eius
in montibus sãs:
diligit dominus
portas syon sup omnia taber
nacula iacob. Gloriosa dic
ta sunt de te: ciuitas dei. Me
mor ero raab et babilonis:
scientium me. Ecce alienu
gene et tyrus et populus ethi
opum: hi fuerunt illic. Numquid syon dicet homo et ho
mo natus est in ea: et ipse
fundauit eam altissimus.
Dominus narrabit in
scripturis populorũ: et prin
cipum qui fuerunt in ea.

Sicut letantium omnium:
habitatio est in te.

Psalmus heman dispersionis p
lucidationem tribulationis quã
pls iudic? sustinuit i babilonia

Domine deus salu
tis mee: in die cla
mau et nocte co
ram te. Intret in conspec
tu tuo oratio mea: inclina
aurem tuam ad precem me
am. Quia repleta est ma
lis anima mea: et vita mea
in inferno appropinquabit.
Estimatus sum cum descẽ
dentibus in lacum: factus
sum sicut homo sine adiuto
rio inter mortuos liber. Sic

aut nullicam dormientes in se
pulchris: quorum nõ est me
mor amplius: et ipsi de ma
nu tua repulsi sunt. Posu
erunt me in lacu inferiori: in
tenebrosis et in umbra mor
tis. Super me confirmatus
est furor tuus: et omnes fluc
tus tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos
a me: posuerunt me abho
minationem sibi. Traditus
sum et non egrediebar: ocu
li mei pre inopia. Clama
vi ad te domine. tota die expã
di ad te manus meas. Nũ
quid mortuis facies mirabi
lia: aut medici suscitabunt
et confitebuntur tibi. Nũ
quid narrabit aliqs in sepul
cro misericordiam tuam: et
veritatem tuam in perditione.
Cognoscentur
in tenebris mirabilia tua: et
iustitia tua in terra obliui
onis. Et ego ad te dñe cla
mavi: et mane oratio mea
preveniet te. Ut quid dñe

rpellis oratonem meam: au
tis fac em tuam a me. Qau
pr sum ego et in laborib⁹
a uuentutr mea: exaltatus
autem humiliatus sum t cõ
turbatus. In me transierũt
ir tuc: et terrores tui conturbauerunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die:
circũdederunt me simul.
Elongasti a me amicum:
et proximum: et notos me
os a miseria.

Psalmus dauid de stabilitate
et perpetuitate regni dauid
quod completa est in xpisto

Misericordias domi
ni: in eternũ cã
tabo. In gene

ratione et generationem: an
nuntiabo ueritatem tuam i
ore meo. Quoniam dixisti
in eternum misericordia edifi
cabitur in celis: preparabitur
veritas tua in eis. Disposui
testamentum electis meis: iu
rau dauid seruo meo: usq; i
eternum preparabo semen tu
um. Et edificabo in gene
ratione et generationem: se
dem tuam. Confitebũtur
celi mirabilia tua domine et
num ueritatem tuam: in ec
clesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus equa
bitur domino: similis erit deo
in filijs dei. Deus qui glori
ficatur in consilio sanctor:
magnus et terribilis super
omnes qui in circuitu eius
sunt. Domine deus uirtu
tum quis similis tibi: potẽs
es domine et ueritas tua in
circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris: motum
autem fluctuũ eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut

vulneratum superbum: in bra
chio uirtutis tue dispersisti in
imicos tuos. Qui sunt celi
et tua est terra: orbem terre et
plenitudinem eius tu fundasti
ti aquilonem et mare tu ex
asti. Thabor et hermon in
nomine tuo exultabunt: tuum
brachium cum potentia.
Firmetur manus tua et
exaltetur dextera tua: iustitia
et iudicium preparatio sedis
tue. Misericordia et ueritas
precedent faciem tuam: beatus
homo qui scit iubilationem.
Domine in lumine uultus
tui ambulabunt: et in nomi
tuo exultabunt tota die. et in
iustitia tua exaltabuntur.
Quoniam gloria uirtutis
eorum es tu: et in beneplaci
to tuo exaltabitur cornu no
strum. Quia domini est
assumptio nostra: et sancti
israel regis nostri. Tunc
locutus es in uisione sanc
tis tuis: et dixisti posui ad
iutorium in potente: et exal

tauit electum de plebe mea.
Inueni dauid seruum meum.
oleo sancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxilia
bitur ei: et brachium meum
confortabit eum. Nichil
proficiet inimicus in eo: et fi
lius iniquitatis non apponet
nocere ei. Et conquassabo a fa
cie ipsius inimicos eius: et o
dientes eum in fugam conuer
tam. Et ueritas mea et mi
sericordia mea cum ipso: et in
nomine meo exaltabitur cor
nu eius. Et ponam in mari
manum eius: et in fluminu
bus dexteram eius. Ipse in
uocauit me pater meus es
tu: deus meus et susceptor sa
lutis mee. Et ego primogeni
tum ponam illum: excelsum
pre regibus terre. In eternum
seruabo illi misericordiam meam:
et testamentum meum fidele
ipsi. Et ponam in seculum
seculi semen eius: et thronum
eius sicut dies celi. Si autem
derelinquent filii eius legem

meam: et iudicia mea non
ambulauerunt. Si iustitias
as meas prophanauerunt: et
mandata mea non custodie
runt. Visitabo in uirga ini
quitates eorum: et in verber
bus peccata eorum. Mise
cordiam autem meam non
dispergam ab eo: neq; nocc
bo in ueritate mea. Neq;
pphanabo testamentu meu
um: et quę procedunt de la
bys meis non faciam irrita.
Semel iuraui in sancto
meo: si dauid mentiar: semẽ
eius in eternum manebit.
Et thronus eius sicut sol
in conspectu meo: et sicut lu
na in eternum et testis in ce
lo fidelis. Tu uero reppulis
ti et despexisti: distulisti xpm
tuum. Euertisti testamen
tum serui tui: prophanasti
in terra sanctuarium eius.
Destruxisti omẽs sepes eius.
posuisti firmamentum eius
formidinem. Rapiẽt
eum omẽs transeuntes uiã:

factus est obprobrium uici
nis suis. Exaltasti dexterã
deprimentium eum: letificasti
omnes inimicos eius. Aver
tisti adiutorium gladij eius:
et non es auxiliatus ei in bel
lo. Destruxisti eum ab emũ
datione: et sedem eius in ter
ra collisisti. Minorasti dies
temporis eius: perfudisti eum
confusione. Usq; quo dñe
auertis in finem: exardescet
sicut ignis ira tua. Memo
rare quę mea substantia: nũ
quid enim uane constituisti
omnes filios hominũ. Quis
est homo qui uiuet et non ui
debit mortem: eruet aiam su
am de manu inferi. Ubi sũt
miserationes tue antiq; dñe:
sicut iurasti dauid in ueritа
te tua. Memor esto domine
obprobrij seruorũ tuor: qđ
continui in sinu meo multa
rum gentium. Quod expro
brauerunt inimici tui dñe: qđ
exprobrauerunt commutatio
nem xpi tui. Benedictus

dns in eternum.fiat fiat.

Oratio moysi ad impetrandū beneficia populo israel quem eduxit de egypto.

Domine refugium factus es nobis: a generatione et generationē.
Priusq̄ montes fierent aut formaretur terra: et orbis a seculo tu es deus. Et ante tas hominem in humilitatē: et dixisti convertimini filii hominum. Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanq̄ dies hesterna que pretcrit.
Et custodia in nocte que pro nichilo habentur eorum anni eunt. Mane sicut herba transeat mane floreat et transeat: vespe decidant i duret et arescat. Quia defecimus in ira tua: et in furore tuo turbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies nri defecerunt: in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Si autem in potentatibus octoginta anni: et amplius eorum labor et dolor.
Quoniam supervenit mansuetudo: et corripiemur.
Quis novit potestatem ire tue: et pre timore tuo iram tuam dinumerare. Dextram tuam sic notam fac: et eruditos corde in sapientia. Convertere domine usquequo: et deprecabilis esto super servos tuos.
Repleti sumus mane misericordia tua: exultavimus? et delectati sumus in omnib;

dicbus nostris. Cecida sum
pro dicbus quibus nos hum
ili: annis quibus vidimus
mala. Respice in seruos tu
os et in opa tua: et dirige filu
os eorum. Et sit splendor
dominu dei nostri sup nos: et
opa manuum nostrarum di
rige sup nos: et opus manu
um nostrarum dirige.

ps moysi in quo demonstrat mi
raculor beneficiu dei sup populu

Qui habitat in ad
iutorio altissimi:
in protectione dei
celi commorabitur. Dicet
domino susceptor meus es tu.
et refugium meus spera

bo in eum. Quoniam ipse li
berauit me de laqueo venan
tium: et a verbo aspo. Sca
pulis suis obumbrabit tibi:
et sub pennis eius sperabis.
Scuto circumdabit te veri
tas eius: non timebis a timo
re nocturno. Sagitta volã
te in die: a negotio perambulã
te in tenebris: ab incursu et de
monio meridiano. Cadent
a latere tuo mille et decem mi
lia a dextris tuis: ad te autem
non appropinquabit. Ue
rumptamen oculis tuis consi
derabis: et retributionẽ pecca
torum videbis. Quoniã tu
es dñe spes mea: altissimum
posuisti refugium tuũ. Non
accedet ad te malum: et flage
llum non appropinquabit ta
bernaculo tuo. Quoniam
angelis suis mandauit de te:
ut custodiant te in omnib;
vijs tuis. In manib; por
tabunt te: ne offendas ad la
pidem pedem tuum. Sup
aspidem et basiliscum ambu

labis: et conculcabis leonem
et draconem Quoniam in
me speravit liberabo eū: pro
tegam eum quoniam cognō
vit nomen meum Clamā
vit ad me et ego exaudiam eū.
cum ipso sum in tribulatiō
ne eripiam eum et glorificabo
eum Longitudine dierum
ad implebo eum: et ostendam
illi salutare meum.

Psalmus moysi quem fecit ut
cantaretur in die sabbati in me
moriam benedictionis.

Bonum est confi
teri domino: et
psallere nomini
tuo altissime Ad annun
tiandum mane misericordiā
tuam: et veritatem tuam per
noctem In decacordo psal
terio cum canticō in cythara.
Quia delectasti me domine
in factura tua: et in operib;
manuum tuarum exultabo.
Quam magnificata sunt
opera tua domine: nimis pro
funde facte sunt cogitationes
tue Vir insipiens non cog
noscet: et stultus nō intelli
get hec Cum exorti fuerint
peccatores sicut fenum: et ap
paruerint omēs qui operantur
iniquitatem ut intereant
in seculum seculi: tu autem
altissimus in eternum domi
ne Quoniam ecce inimici
tui domine: qm ecce inimici
tui peribunt et dispgentur
omēs qui operantur iniquitatē.
Et exaltabitur sicut unicor
nis cornu meum: et senectus
mea in misericordia uberi.
Et despexit oculus meus
inimicos meos: et ab insur
gentibus in me malignanti
bus audiet auris mea Jul

tus ut palma florebit: et si
cut cedrus libani multiplica
bitur. Plantatus in domo
domini: in atriis domus dei
nostri sic efflorebit. Adhuc
multiplicabuntur in senecta
ubere: et bene patientes erūt
ut annuncient. Quoniã
rectus dominus deus noster:
et non est iniquitas in eo.

ps moysi de tempore messe au
subiacenda sunt regna omnia

Dominus regna
uit decorem in
duitus est: indu
tus est dominus fortitudinẽ
et precinxit se. Etenim fir
mauit orbem terre: qui nõ

commouebitur. Parata se
des tua: ex tunc a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina dñe.
eleuauerunt flumina uocem
suam. Eleuauerũt flumi
na fluctus suos: a uocibus a
quarũ multarum. Mira
biles elationes maris: mira
bilis in altis dñs. Testimo
nia tua credibilia facta sunt
nimis: domum tuã decet sa
nctitudo dñe. in longitudine dier.

ps moysi ad inuocãdũ pplim isrl'
a quodã exule carnẽtes i tpe suo.

Deus ultionũ do
minus: deus ul
tionum libere c
Exaltare qui iudicas

terram: reddere retributionē sup
bis. Usqz quo peccatores do
mine: usqz quo peccatores glo
riabuntur. Effabuntur et
loquentur iniquitatē: loquē
tur omnes qui operantur inius
tiam. Populum tuū dñe
humiliauerunt: et hereditatē
tuam uexauerunt. Uiduā
et aduenam interfecerunt: et
pupillos occiderunt. Et dix
erunt non uidebit dominus:
nec intelliget deus iacob. In
telligite insipientes in popu
lo: et stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem nō
audiet: aut qui finxit oculū
non considerat. Qui corri
pit gentes non arguet: qui
docet hominem scientiam.
Dominus scit cogitatio
nes hominum quoniam uа
ne sunt. Beatus homo qꝫ
tu erudieris domine: et de le
ge tua docueris eum. Ut
mitiges ei a diebus malis:
donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet dominꝰ
plebem suam: et hereditatem
suam non delinquet. Quo
adusqz iustitia conuertetur
in iudicium: et qui iuxta illā
omnes qui recto sunt corde.
Quis consurget mihi ad
uersus malignantes: aut qꝫs
stabit mecum aduersus opā
tes iniquitatē. Nisi quia
dominus adiuuit me: paulo
minus habitasset in inferno
anima mea. Si dicebam
motus est pes meus. miseri
cordia tua domine adiuua
bat me. Secundum mul
titudinem dolorum meorum
in corde meo: consolationes
tue letificauerunt aiam me
am. Unquid adherit ti
bi sedes iniquitatis: qui fin
gis laborem in precepto.
Captabant in animam
iusti: et sanguinem innocen
tem condemnabunt. Et
factus est mihi dñs in refu
gium: et deus meus in adiu
torium spei mee. Et reddet
illis iniquitatem ipsorū: in

malicia eorum dispdet eos dominus deus noster.

Psalmus moysi ad inducendū filios israel ad laudem dei et o bedientiam antequam ingr derentur terram promissionis

Venite exultemus domino. iubilem deo salutari nō. Præoccupemus faciē eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dns: et rex mg nus sup omēs deos. Quia in manu eius sūt omnes fi nes terre: et altitudines mon tiū ipsius sunt. Quia ipius est mare et ipe fecit illud: et siccā manus eius formauc

runt. Venite adoremus et p cidamus ante deū ploremus cora dño qui fecit nos: quia ipse est dns deus nr. Et nos populus pascue eius: et oues manus eius hodie si uocē ei audieritis. nolite obdurare corda uestra Sicut in irrita tione secdm diem temptationis in deserto. Ubi temptauerūt me pres uestri: probauerūt et uiderunt opa mea Quadra ginta annis offensus fui ge nerationi illi: et dixi semp hi errant corde Et isti nō cog nouerunt uias meas quib; iurau in ira mea: si introibūt in requiem meam.



psalmus iste dauid est diuina num gratiarū actio de reedifica tione templi post captiuitatē babilonicam.

Cantate domino cā ticum nouum: cantate domino omnis terra. Cantate domino et benedi cite nomen eius: annuntia te de die in diem salutare eius. Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnib; po pulis mirabilia eius quōm magnus dominus et lauda bilis nimis: terribilis est sup omnes deos quoniam om nes dii gentium demonia: do minus autem celos fecit cō fessio et pulchritudo in cōspec tu eius: sanctimonia et mag nificentia in sanctificatione eius. Afferte domino patrie gentium afferte dño gloriā et honorem: afferte dño gloriā nomini eius tollite hosti as et introite in atria eius: a dorate dominum in atrio scō eius. Commoueatur a fa cie eius uniuersa terra: dicite in gentibus quia dñs regnauit. Etenim correxit orbē terre qui non commouebitur. iudicabit populos in equita te. Letentur celi et exultet terra commoueatur mare et plenitudo eius: gaudebūt cā pi et omnia que in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna siluarum: a facie dñi quia uenit quōm uenit iudica re terram. Iudicabit orbē terre in equitate: et populos in ueritate sua.

Ops dauid de aduē tu xpisti ad mdi Omnus cum.

regnauit exultet terra: letentur insule multe. Nubes
et caligo in circuitu eius:
iustitia et iudicium correctio
sedis eius. Ignis ante ipsum precedet: et inflamma
bit in circuitu inimicos eius.
Illuxerunt fulgura eius
orbi terre: vidit et commota
est terra. Montes sicut cera
fluxerunt a facie dñi: a facie
domini omnis terra. Annun
tiauerunt celi iustitiam
eius: et viderunt omnes popli
gloriam eius. Confundã
tur omnes qui adorãt sculp
tilia: et qui gloriantur in si
mulacris suis. Adorate do
minum omnes angeli eius:
audiuit et letata est syon.
Et exultauerunt filie iu
de: propter iudicia tua dñe.
Quoniam tu dominus
altissimus super omnem ter
ram. nimis exaltatus es su
per omnes deos. Qui dili
gitis dominum odite malũ
custodit dominus animas
sanctorum suorum: de manu
peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto: et rec
tis corde letitia. Letamini
iusti in domino: et confitemi
ni memorie sanctificationis
eius. Gloria patri et filio.

ps dauid de aduentu xpi pri
mo de iudicio.

Anta
te do
mino
canta
am
nouũ:
qua
mirabilia fecit alsauit
sibi dextera eius: et brachiũ
sanctum eius. Notum fe
cit dominus salutare suum:
in conspectu gentium reuela
uit iustitiam suam. Recor
datus est misericordie sue et
ueritatis sue.domui israel.
Uiderunt omnes termini
terre: salutare dei nr̃i. Iu
bilate deo omnis terra:
cantate et exultate et psallite.
Psallite domino in cythara
in cythara et uoce psalmi:
in tubis ductilibus et uoce
tube cornee. Iubilate in
conspectu regis domini mo
ueatur mare et plenitudo eius:
orbis terrarum et qui habitãt
in eo. Flumina plaudent
manu simul montes exulta
bunt a conspectu domini:
quoniam uenit iudicare ter
ram. Iudicabit orbem ter
ram in iustitia: et populos
in equitate.

ps dauid de aduentu xpristi pri
mo de iudicio ad iudicandum
populũ ad diuinum cultum.

Dominus regna
uit irascantur po
puli: qui sedes su
per cherubin moueatur terra
Dominus in syon magn?:
et excelsus sup oñs populos.
Confitentur nomini tu
o magno qm terribile & sanc
tum est: et honor regis iudicium

diligit eum parasti directiones: iudicium et iustitiam in iacob tu fecisti. Exaltate dñm deū nrm: et adorate scabellum pedū eius qm sanctū est. Moyses et aaron in sacerdotibus eius: et samuel inter eos qui invocant nomē eius. Invocabant dñm et ipse exaudiebat eos: et in colūpna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia eius: et preceptū qd dedit illis. Domine dūs noster tu exaudiebas eos deus tu propitius fuisti eis: et ulciscēs in oēs adinuentiones eorū. Exaltate dñm deum nostrum et adorate in monte sancto eius: qm sanctus dūs deus noster.

psalmus dauid factus ut cantetur in oblatione hostie pacifice

Jubilate deo omnis terra: seruite dño in letitia. Introite in conspectu eius: in exultatione. Scitote qm dominus ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos. Populus eius et oues pascue eius introite portas eius in confessione: atria eius in ymnis confitemini illi. Laudate nomen eius quoniam suauis est dūs: in eternum misericordia eius: et usq; in generationem et generationem veritas eius.

Gloria patri et filio et spū sancto. Sicut erat in princ.

ps dd quē frat quado cognouit se tribulatū in regno.

Iscordiam et iu
dicium cantabo ti
bi dñe: psallam et intelli
gam in via ĩmaculata quan
do uenies ad me. Ambu
labam in innocentia cordis
mei: in medio domus mee.
Non proponebam ante o
culos meos rem iniustam: fa
cientes preuaricationes odiui.
Non adhesit mihi cor pra
uum: declinantem a me ma
lignum non cognoscebam.
Detrahentem secreto proxi
mo suo: hunc persequebar.
Superbo oculo et insaciabi
li corde: cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terre:
ut sedeant mecum ambulans
in via ĩmaculata: hic mihi
ministrabit. Non habita
bit in medio domus mee: qui
facit superbiam qui loquitur
iniqua non direxit in conspec
tu oculorum meorum. In ma
tutino interfitiebam omnes

pctores terre: ut disperdā
de ciuitate dñi: omnes operantes
iniquitatem. Gloria pri.

psalmus dauid ad litteram lo
quitur de anxietate populi ĩ
tali expectans aduentū messie.

Domine
exaudi
oratio
nē meā:
et clam
meus
ad te ueniat. Non auertas
faciem tuam a me: in quacū
q; die tribulor inclina ad me
aurem tuam. In quacū
q; die inuocauero te: uelo
citer exaudi me. Quia defecer

runt sicut fumus dies mei:
et ossa mea sicut aremum
arserunt. Percussus sum
ut fenum et aruit cor meū:
quia oblitus sum cōmedere
panem meū. A voce gemi
tus mei adhesit os meū car
ni mee. Similis factus sū
pellicano solitudinis: factus
sum sicut nocticorax in domi
cilio. Vigilauī et factus
sum sicut passer solitarius i
tecto. Tota die exprobra
bant michi inimici mei: et q̄
laudabant me aduersū me
iurabant. Quia cinerem
tanq̄ panem manducabā:
et potum meū cum fletu mi
scebam. A facie ire indigna
tionis tue: quia elevans allī
sisti me. Dies mei sicut um
bra declinauerunt: et ego si
cut fenum aruī. Tu autē
domine in eternum permanes.
et memoriale tuum in gene
ratione et generationē. Tu
exurgens domine misereberis
syon: quia tempus miserendi eius quia uenit tēpus.
Quoniam placuerunt ser
uis tuis lapides eius: et terre
eius miserebuntur. Et ti
mebunt gentes nomen tuū
domine: et omnes reges terre
gloriam tuam. Quia edi
ficauit dns syon: et uidebit
in gloria sua. Respexit in
orationē humilium: et non
sprevit precem eorū. Scri
bantur hec in generatione
altera: et populus qui crea
bitur laudabit dnm. Quia
prospexit de excelso sancto
suo: dominus de celo in terrā
aspexit. Ut audiret gemi
tus compeditorum: ut solue
ret filios interemptorū. Ut
annunciet in syon nomen
dni: et laudem eius in ihrlm.
In conueniendo populos
in unum: et reges ut seruiāt
domino. Respondit ei in u
a uirtutis sue: paucitatē die
rum meorū nūcia mihi. Ne
reuoces me in dimidio dier
meorū: in generatione et ge

nerationem anni tui Tu
no tu domine terram fundasti.
et opa manuū tuarum sunt
cli Ipsi peribunt tu aut
pmanes: et omnes sicut uest
imentum ueterascent et
sicut opertorium mutabis eos
et mutabuntur: tu autem id
ipse es et anni tui non defici
ent Filii seruorum tuorū
habitabunt: et semen eorum
in seculum dirigetur Ia.

Psalmus dauid iste est quedā
laus diuina A dauid cōpositus

Benedic anima
mea dño: et om
nia que intra me
sunt nomini scō eius Be

nedic anima mea domino: et
noli obliuisci omēs retributio
nes eius Qui propitiatur
omnibus iniquitatibus tuis:
qui sanat omēs infirmitates
Qui redimit de interitu vi
tam tuam: qui coronat te in
misericordia et miserationibz.
Qui replet in bonis desid
erium tuum: renouabitur ut
aquile iuuentus tua Fa
ciens misericordias dominus.
et iudiciū omnibus iniuriā
patientibus Notas fecit
uias suas moysi: filiis israel
voluntates suas Misericors
et miserator dns: longanimis
et multum miserator Nō
in perpetuum irascetur: neq;
minabitur Nō
secundū peccata nostra fecit
nobis: neq; secundū iniqui
tates nostras retribuit nobis.
Quoniā secundū altitudi
nem celi a terra: corroborauit
misericordiā suam sup timē
tes se. Quantū distat ortus
ab occidente: longe fecit a no

bis iniquitates meas Quo
modo misereatur patri filiorū:
misertus est dns timentibus
se: qm ipse cognouit figmen
tum nostrum Recordatus
est quoniam pulus sumus
homo: sicut fenum dies eius
tanq̄ flos agri sic efflorebit.
Quoniam spūs pertransi
bit in illo et non subsistet: et
non cognoscet amplius locū
suum. Misericordia autē
dn̄i ab eterno: et usq; in eter
num sup timentes eū. Et
iustitia illius in filios filio
rū: his qui seruant testamē
tum eius. Et memores sūt
mandatorum ipius: ad face
endū ea Dominus in celo
parauit sedem suam: et reg
num ipius omnib; domi
nabitur. Benedicite dn̄o
omes angeli eius potentes
uirtute: facientes uerbū illi
us ad audiendam uocem
sermonū eius. Benedicite dn̄o
omes uirtutes eius: ministri
eius qui facitis uoluntatem
eius. Benedicite dn̄o omnia
opa eius: in omni loco dom
inationis eius benedic anima
mea domino. Gloria patri.

psalmus dauid de eadem mater
ia de qua est prior.

Benedic anima
mea domino: dn̄e
deus meus mag
nificatus es uehementer. Con
fessionem et decorem induisti:
amictus lumine sicut uestimē
to. Extendens celum sicut
pellem: qui tegis aquis sup
ora eius. Qui ponis nubē
ascensum tuum: qui ambu
las sup pennas uentorum.
Qui facis angelos tuos

spūtus: et nunstios tuos ig
nem urentem. Qui fūdat
ti terram sup stabilitatē suā:
non inclinabitur in seculū se
culi. Abyssus sicut uestimē
tum amictus eius: sup mon
tes stabunt aquę. Ab inar
paţone tua fugient: a uoce
tonitrui tui formidabūt. As
cendunt montes et descendūt
campi: in locum quem fun
dasti eis. Terminū posuis
ti quem non transgredientur.
neq; conuertentur operire terrā.
Qui emittis fontes in con
uallibus: inter mediū mon
tiū pertransibunt aquę. Po
tabunt omnes bestię agri: et
spectabunt onagri in sitī suā.
Sup ea uolucres cęli habi
tabunt: de medio petrarum
dabunt uoces. Rigās mō
tes de superioribus suis: de
fructu operum tuorū satiabit
terra. Producens fenum
umentis: et herbam seruitu
ti hominū. Ut educas pa
nem de terrā: et uinū lętificet

cor hominis. Ut exhilaret
faciem in oleo: et panis cor
hominis confirmet. Satu
rabuntur ligna campi et
cedri libani quas plantauit.
illis passeres nidificabunt.
Herodii domus dux est eo
rum montes excelsi cerui: pe
tra refugium hericiis.
Fecit lunam in tempora:
sol cognouit occasum suum.
Posuisti tenebras et facta
est nox: in ipā pertransibunt.
omnes bestię silue. Catuli le
onum rugientes ut rapiant.
et querant a deo escam sibi.
Ortus est sol et congrega
ti sunt: et in cubilibus suis
collocabuntur. Exibit ho
mo ad opus suum: et ad ope
rationem suam usq; ad uespe.
Quam magnificata sunt
opera tua domine omnia in sa
pientia fecisti: impleta est ter
ra possessione tua. Hoc mare
magnum et spatiosū manu
bus: illic reptilia quorū nō
est numerus. Animalia

pusilla cum magnis: illic na
ues pertransibunt. Draco is
te quem formasti ad illuden
dum ei: omnia a te expectant
ut des illis escam in tempore.
Dante te illis colligent: a
periente te manum tuam om̃a
implebuntur bonitate. Au
tem te faciem turba
buntur auferes spiritum eo
et deficient: et in pulueꝝ suũ
reuertentur. Emitte spũ
tuum et creabuntur: et reno
uabis faciem terre. Sit glo
ria domini in seculum: letabi
tur dominus in operibus su
is. Qui respicit terram et
facit eam tremere: qui tan
git montes et fumigant.
Cantabo domino in uita
mea: psalmum deo meo quã
diu sum. Jocundum sit
ei eloquium meum: ego ue
ro delectabor in domino. De
fiant peccatores a terra et
iniqui ita ut non sint: bene
dic anima mea domino.
Gloria patri et filio. ꝛc̃.

psalmus iste primus inter illos
qui dicuntur alleluie est quedã
mutatio ad diuinã laudẽ sicut
et duo sequentes.

Confitemini dño
et inuocate nomẽ
eius: annunciate inter gen
tes opa eius. Cantate ei:
psallite ei: narrate omnia
mirabilia eius. Laudamini
in nomine sancto eius: letet
tur cor querentium dominũ.
Querite dominũ et confir
mamini: querite faciẽ eius
semp. Mementote mira
bilium eius que fecit: prodi
gia eius et iudicia oris eius.
Semen abrahã serui ei.

filij iacob electi eius. Ipse do
minus deus noster: in uniu
sa terra iudicia eius. Me
mor fuit in seculum testamen
ti sui: uerbi quod mandauit
in mille generationes. Quod
disposuit ad abraham: et iu
ramenti sui ad isaac. Et
statuit illud iacob in preceptū.
et israel in testamentum eter
num. Dicens tibi dabo ter
ram chanaan: funiculū he
reditatis uestre. Cum esset
numero breui: paucissimi et
inquilini eius. Et pertransierūt
de gente in gentem: et de reg
no ad populum alterum.
Non reliquit hominē no
cere eis: et corripuit pro eis re
ges. Nolite tangere xpōs
meos: et in prophetis meis
nolite malignari. Et uo
cauit famem sup terram: et
omne firmamentum panis
contriuit. Misit ante eos
uirum: in seruum uenundā
tus est ioseph. Humilia
uerunt in compedibus pedes

eius ferrum pertransiit aiam
eius: donec ueniret uerbum
eius. Eloquium domini in
flammauit eum misit rex et
soluit eū: princeps populoꝝ
et dimisit eum. Constitu
it eum dominum domus su
e: et principem omnis pos
sessionis sue. Et erudiret
principes eius sicut semetip
sū: et senes eius prudentiā
doceret. Et intrauit israel
in egyptum: et iacob aduo
la fuit in terra cham. Et
auxit populum suū uehemē
ter: et firmauit eum sup ini
micos eius. Conuertit cor
eorum ut odirent populum
eius: et dolum facerent in ser
uos eius. Misit moysen
seruum suum: aaron quem
elegit ipm. Posuit in eis
uerba signorum suorū: et p
digniorum suoꝝ in terra cham.
Misit tenebras et obscura
uit: et non exacerbauit ser
mones suos. Conuertit
aquas eorum in sanguinē:

et occidit primos eorū. Et
dixit terra eorū ranas: in peni
tralibus regum ipōr. Dixit
it et venit cynomia et cyni
phes: in omnibus finibus
eorū. Posuit pluuias eor
grandinem: ignem combu
rentem in terra ipsorū. Et
percussit vineas eorum et fi
culneas eorum: et contriuit
lignum finium eor. Dixit
et venit locusta et bruchus:
cuius non erat numerus.
Et comedit omne fenum
in terra eorum: et comedit
omne fructū terre eorū. Et
percussit omne primogenitū
in terra eorū: primicias oīs
laboris eorum. Et eduxit
eos cum argento et auro: et
non erat in tribubus eorum
infirmus. Letata est egyp
tus in profectione eor: quia
incubuit timor eorū sup eos.
Expandit nubem in pro
tectione eorum: et ignem ut
luceret eis per noctem. Pe
tierunt et venit coturnix: et
pane cęli saciauit eos. Dis
rupit petram et fluxerunt a
que: abierunt in sicco flumia.
Quia memor fuit verbi sā
cti sui: qđ habuit ad abraham
puerū suum. Et eduxit po
pulum suū in exultatione: et
electos suos in letitia. Et de
dit illis regiones gentium: et
labores populorū possiderūt.
Ut custodiant iustificatio
nes eius: et legē eius requirāt.

Titulus istius psalmi alleluya
alla primo datur alleluya p
laude dei in presenti secundo p
laude in futuro.

Confitemini dño
quoniā bonus: quī

ui seculum misericordia eius.
Quis loquetur potentias
domini: auditas faciet omnes
laudes eius. Beati qui cus
todiunt iudicium: et faciunt
iustitiam in omni tempore.
Memento mei domine in be
neplacito populi tui: visita
nos in salutari tuo. Ad ui
dendum in bonitate electoru
tuoru: ad letandu in letitia gen
tis tue: ut laudem cum here
ditate tua. Peccauimus
cum patribus nostris: iniuste
egimus iniquitatem fecimus.
Patres nostri in egypto non
intellexerunt mirabilia tua:
non fuerunt memores multi
tudinis misericordie tue. Et
irritauerunt ascendentes in
mari: mari rubro. Et sal
uauit eos propter nomen su
um: ut notam faceret potes
tatem suam. Et increpuit
mare rubrum et exsiccatum
est: et deduxit eos in abyssis
sicut in deserto. Et salua
uit eos de manu odientiu: et
redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulan
tes eos: unus ex eis non remã
sit. Et crediderunt uerbis
eius: et laudauerunt laudem
eius. Cito fecerunt oblita sunt
operum eius: non sustinuerunt
consilium eius. Et concu
piuerunt concupiscentiã in de
serto: et tentauerunt deum
in inaquoso. Et dedit eis pe
titionem ipsorum: et misit sa
turitatem in aias eorũ. Et
inuidebant moysen in cas
tris: aaron sanctum domini.
Aperta est terra et deglutiu
it dathan: et operuit super
congregationem abyron.
Et exarsit ignis in syna
goga eorum: flamma cõbus
sit peccatores. Et fecerunt
uitulum in oreb: et adorauer
unt sculptile. Et mutauer
unt gloriam suam: in simi
litudinem uituli comedentis
fenum. Obliti sunt deum qui
saluauit eos qui fecit mag
nalia in egypto mirabilia in

terra cham: terribilia in mari
rubro. Et duxit ut dispde
ret eos: si non moyses electꝰ
eius stetisset in confractione
in conspectu eius. Et auer
teret iram eius ne dispderet e
os: et pro nichilo habuerũt
terram desiderabilem. Non
crediderunt uerbo eius. Et mur
murauerunt in tabernacu
lis suis: non exaudierunt
uocem domini. Et eleuauit
manum suam sup eos: ut
prosterneret eos in deserto.
Et ut dispergeret semen eoꝝ
in nationibus: et dispderet
eos in regionibus. Et im
plicati sunt beelphegoꝝ: et co
mederunt sacrificia mortuoꝝ
Et irritauerunt eũ in ad
inuentionibꝫ suis: et multa
plicata est in eis ruina. Et
stetit phinees et placauit: et
cessauit quassatio. Et reputa
tũ est ei ad iustitiam: in ge
neratione et generationem
usqꝫ in sempiternũ. Et ir
ritauerunt eum ad aquas
contradictionis et uexatus
est moyses propter eos: quia
exacerbauerunt spm eius.
Et distinxit in labijs suis.
non dispdiderũt gentes quas
dixit dñs illis. Et cõmixti
sunt inter gentes et didicerũt
opa eorum et seruierũt sculp
tilibus eoꝝ: et factũ est illis i
scandalũ. Et immolauerũt
filios suos: et filias suas dae
monijs. Et effuderunt san
guinem innocentẽ sanguinẽ
filiorũ suoꝝ et filiarũ suarũ:
quas sacrificauerũt sculptili
bus chanaan. Et interfec
ta est terra in sanguinibꝫ et
contaminata est in operibꝫ
eorũ: et fornicata fuit in adin
uentionibꝫ suis. Et iratus
est furore dñs populo suo: et
abhominatus est hereditatẽ
suam. Et tradidit eos in
manus gentiũ: et dominati
fuerũt eoꝝ qui oderũt eos. Et
tribulauerũt eos inimici eoꝝ.
et humiliati sunt sub manibꝫ
eoꝝ: sepe liberauit eos. Ip̃

autem exacerbauerunt eū in
consilio suo: et humiliati sūt
in iniquitatibz suis. Et vi
dit cum tribulaurentur: et au
diuit orationē eoz. Et me
mor fuit testamenti sui: et pe
nituit eū secūm multitudinē
miserationū suaz. Et dedit
eos in misericordias: in con
spectu oīm qui ceperant eos.
Saluos fac nos dñe deus
noster: et congrega nos de na
tionibz. Ut confitcamur
nomini sancto tuo: et glorie
mur in laude tua. Benedic
tus dominus deus israel: a se
culo et usqz in seculū: et dicet
omnis populus fiat fiat.

Titulus psalmi alleluya et est
gradarum actio pro redempti
one facta per xpm̄ltum.

Confitemini dño
quoniam bonus.
Qm̄ in seculū misc
ricordia eius. Dicant qui
redempti sunt a domino quos
redemit de manu inimica: de
regionibus congregauit eos.
A solis ortu et occasu: ab
aquilone et mari. Errauc
runt in solitudine in inaquo
so: viam ciuitatis habitacu
li non inuenerunt. Esurie
tes et sitientes: anima eoz̄
in ipsis defecit. Et clama
uerunt ad dominum cum tri
bularentur: et de necessitatibz
eoz̄m eripuit eos. Et de
duxit eos in viam rectam: ut
irent in ciuitatem habitacio
nis. Confitcantur domi
no misericordie eius: et mi
rabilia eius filijs hominū.
Qu saciauit animā ina
nem: et animam esurientē
saciauit bonis. Sedentes i

tenebris et umbra mortis:
vinctos in mendicitate et ferro. Quia exacerbaverunt
eloquia dei: et consilium altissimi irritaverunt. Et
humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt
nec fuit qui adjuvaret. Et
clamaverunt ad dominum
cum tribularentur: et de necessitatibus eorum liberavit eos.
Et eduxit eos de
tenebris et umbra mortis:
et vincula eorum dirupit.
Confiteantur domino mi
sericordie eius: et mirabilia
eius filiis hominum. Quia
confregit portas ereas: et
vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis
eorum: propter iniustitias
enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abhominata est anima eorum: et ap
propinquaverunt usque ad
portas mortis. Et clama
verunt ad dominum cum
tribularentur: et de necessita
tibus eorum liberavit eos.
Misit verbum suum et sa
navit eos: et eripuit eos de
interitionibus eorum. Con
fiteantur domino misericor
die eius: et mirabilia eius fi
liis hominum. Et sacrifi
cent sacrificium laudis: et a
nuncient opera eius in exulta
tione. Qui descendunt ma
re in navibus: facientes o
perationem in aquis multas.
Ipsi viderunt opera dni.
et mirabilia eius in profun
do. Dixit et stetit spiritus
procelle: et exaltati sunt fluc
tus eius. Ascendunt usque
ad celos et descendunt usque
ad abyssos: anima eorum in
malis tabescebat. Conturbati
sunt et moti sunt sicut ebri
us: et omnis sapientia eorum
devorata est. Et clamave
runt ad dominum cum tri
bularentur: et de necessitati
bus eorum eduxit eos. Et
statuit procellam eius in au
ram: et siluerunt fluctus eius.

Et letata sunt quia siluc
runt: et deduxit eos in portu
voluntatis eorum. Confite
antur domino misericordie ei?
et mirabilia eius filijs hoim.
Et exaltent eum in ecclesia
plebis: et in cathedra seniorū
laudent eum. Posuit flumi
na in desertum: et exitus aq?
rum in sitim. Terram fructiferā
in salsuginem: a malitia in
habitantiū in ea. Posuit
desertum in stagna aquarum:
et terram sine aqua in exitus
aquarum. Et collocauit i
lic esurientes: et constituerūt
ciuitatem habitationis. Et
seminauerunt agros et plan
tauerunt uineas: et fecerunt
fructum natiuitatis. Et be
nedixit eis et multiplicati sūt
nimis: et iumenta eorum nō
minorauit. Et pauci facti
sunt et uexati sunt: et a tribu
latione malorum et dolore.
Effusa est contemptio super
principes: et errare fecit eos in
uio et non in uia. Et ad

nuit pauperem de inopia: et
posuit sicut oues familias.
Uidebunt recti et letabun
tur: et omnis iniquitas opila
bit os suum. Quis sapiēs
et custodiet hec: et intelliget
misericordias domini.

Psalmus dauid iste est graduū
actionis pro victoria eius contra ūnucos.

Paratum cor meū
deus paratum cor
meum: cantabo
et psallam in gloria mea.
Exurge psalterium et cy
thara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis
domine: et psallam tibi in
nationibus. Quia magna

sup celos misericordia tua:
et usq; ad nubes ueritas tua.
Exaltare sup celos deus
et sup omnem terram glo
a tua: ut liberentur dilecti
tui Saluum fac dextera
tua et exaudi me: deus locu
tus est in sancto suo Ex
ultabo et diuidam sicimā:
et conuallem tabernaculoꝝ
dimetiar Meus est gala
ad et meus est manasses: ꝛ
effraym suscepto capitis mei.
Iuda rex meus: moab le
bes spei mee In ydumeā
extendam calciamentū meū:
mihi alienigene amici facti
sunt. Quis deduxit me in
ciuitatem munitam: quis
deduxit me usq; in ydumeā.
Nonne tu deus qui repu
listi nos: et non exibis deus
in uirtutibus nostris A
nobis auxilium de tribula
tione: quia uana salus ho
minis In deo faciemus
uirtutem: et ipse ad nichilū
deducet inimicos nostros.

psalmus dauid de passione xpi
quantum ad hoc quod fuit.
traditus a iuda proditore.

Deus laudem meā
ne tacueris: quia
os peccatoris ꝛ os
dolosi sup me apti est Lo
cuti sunt aduersum me lin
gua dolosa et sermonib; ody
circumdederunt me: et expug
nauerunt me gratis Pro
eo ut me diligerent detrahe
bant mihi: ego autē orabā.
Et posuerunt aduersum
me mala pro bonis ꝛ odiū
pro dilectione mea Domi
ne domine sup eum peccato
rem: et diabolus ster a dextris

cius iudicatur exeat condemp
natus: et oratio eius fiat in
peccatum. Fiant dies eius
paucæ: et episcopatum eius ac
cipiat alter. Fiant filii eius
orphani: et uxor eius uidua.
Nutantes transferantur
filii eius et mendicent: eiciã
tur de habitationibus suis.
Scrutetur fenerator omnẽ
substantiam eius: et diripi
ant alieni labores eius. Nõ
sit illi adiutor: nec sit qui mi
sereatur pupillis eius. Fi
ant nati eius in interitum:
in generatione una deleatur
nomen eius. In memoriam
redeat iniquitas patrum
eius in conspectu domini: et
peccatum matris eius non de
leatur. Fiant contra do
minum semper et disperdat
de terra memoria eorum: p
eo quod non est recordatus
facere misericordiam. Et
persecutus est hominem ino
pem et mendicum: et com
punctum corde mortificare.

Et dilexit maledictionẽ
et ueniet ei: et noluit bene
dictionem et elongabitur
ab eo. Et induit maledic
tionem sicut uestimentum et
intrauit sicut aqua in uis
cera eius: et sicut oleum in
ossibus eius. Fiat ei sicut
uestimentum quo operitur:
et sicut zona qua semper præ
cingitur. Hoc opus eorũ
qui detrahunt mihi apud
dominum: et qui loquuntur
mala aduersus animam
meam. Et tu domine do
mine fac mecum propter no
men tuum: quia suauis est
misericordia tua. Libera
me quia egenus et pauper
ego sum: et cor meum conturbatum est intra me. Sicut
umbra cum declinat ablatus
sum: et excussus sum sicut lo
custa. Genua mea infir
mata sunt a ieiunio: et ca
ro mea immutata est propter oleum. Et ego factus
sum obprobrium illis: uide

runt me et mouerunt capita
sua. Adiuua me domine
deus meus: saluum me fac
propter misericordiam tuã.
Et sciant quia manus tua
hec: et tu domine fecisti eã.
Maledicent illi et tu bene
dices: qui insurgunt in me
confundantur seruus autem
tuus letabitur. Induan
tur qui detrahunt mihi pu
dore: et operiantur sicut dy
ploide confusione sua. Cõ
fitebor domino nimis in ore
meo: et in medio multorũ
laudabo eum. Qui astitit
ad dextris pauperis: ut saluã
faceret a psequentibus aiam
meam. Gloria pãtri.

Psalmus dauid de sacerdocio xpi et eius sacrificio quid eukaristia.

capitulo Gloria patri et filio.

Dixit dns dnō meo: sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos: scabellum pedū tuorū. Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon: dominare in medio inimicorum tuorū. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te. Juravit dominus et non penitebit eum: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Dns a dextris tuis: confregit in die ire sue reges. Judicabit in nationibus implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum. De torrente in via bibet: propterea exaltabit

ps dauid de eukaristie efficacia.

Confitebor tibi dne in toto corde meo: in consilio iustorum in congregatione. Magna opa dñi: exquisita in omnes voluntates eius. Confessio et magnificentia opus eius: et iustitia eius manet in seculū seculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus: escam dedit timentibus se. Memorabitur in seculum testamenti sui: virtutem operum suorū annuntiabit pplo suo. Ut

det illis hereditatem gentiū:
et opa manuum eius ueri
tas et iudicium. Fidelia
omnia mandata eius con
firmata in seculum seculi:
facta in ueritate et equitate.
Redemptionem misit po
pulo suo: mandauit in eter
num testamentum suum.
Sanctum et terribile no
men eius: initium sapientie
timor dñi. Intellectus bo
nus omnibus facientibus e
um: laudatio eius manet in
seculum seculi. Gloria pri.

Psalmus dauid in quo ostendit quot felicitas reddenda est pro omnibus misericordie

Beatus uir qui ti
met dominum:
in mandatis eius
uolet nimis. Potens in ter
ra erit semen eius: generatio
rectorum benedicetur. Glo
ria et diuitie in domo eius: et
iustitia eius manet in seculū
seculi. Exortum est in tene
bris lumen rectis: misericors
et miserator et iustus. Ia
cundus homo qui miseretur
et cōmodat disponet sermo
nes suos in iudicio: quia in
eternum non cōmouebitur.
In memoria eterna erit
iustus: ab auditione mala
non timebit. Paratum cor
eius sperare in domino cōfir
matum est cor eius non cō
mouebitur: donec despiciat ū
micos suos. Dispersit dedit
pauperibus iustitia eius ma
net in seculum seculi: cornu
eius exaltabitur in gloria.
Peccator uidebit et iracūd
dentibus suis fremet et tabes
cet: desiderium peccatorū peribit.

112

Iste psalmus unduat ad laudē
dei ex considerationē sue pro
mōcie qua depressos iustos sub
leuat ad statū honor.

Laudate pueri dnm.
laudate nomen
dominū sit nomen domi
ni benedictum: ex hoc nunc
et usq; in seculum. A solis
ortu usq; ad occasum: laudā
bile nomen dominī. Excelsꝰ
sup omnes gentes dominus:
et sup celos gloria eius. Q
sicut dominus deus noster q
in altis habitat: et humilia
respicit in celo et in terra.
Suscitans a terra inopē:
et de stercore erigens pauperē.

In hoc psalmo unduat psal
mista ad dei laudem pro bene
ficio dato populo israel in exi
tu de egypto.

In exitu israel
de egypto: do
mus iacob de populo bar
baro. Facta est iudea
sanctificatio eius: israel
potestas eius. Mare vi
dit et fugit: iordanus qua
conuersus est retrorsū. Mō
tes exultauerunt ut arietes:

et colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod
fugisti: et tu iordanis quia co
uersus es retrorsum. Mon
tes exultastis sicut arietes: t
colles sicut agni ouiũ. A fa
cie domini mota est terra: a fa
cie dei iacob. Qui conuertit
petram in stagna aquarum.
et rupem in fontes aquarũ.
Non nobis domine nõ no
bis: sed nomini tuo da glori
am. Sup misericordia tu
a et ueritate tua: ne quando
dicant gentes ubi est deus co
rum. Deus autem noster
in celo: omnia quecũq; uolu
it fecit. Simulachra gen
tium argentum et aurum: o
pera manuũ hominũ. Os
habent et non loquentur: o
culos habent et non uidebũt.
Aures habent et non au
dient: nares habent et non
odorabunt. Manus habẽt
et non palpabunt pedes ha
bent et non ambulabũt: nõ
clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant qui fa
ciunt ea: et omnes qui confi
dunt in eis. Domus israel
speraut in domino: adiutor
eorum et protector eorum est.
Domus aaron speraut in
domino: adiutor eorũ et pro
tector eorum est. Qui timẽt
dominum speraerunt in dño.
adiutor eorum et protector eo
rum est. Dominus memor
fuit nostri: et benedixit nobis.
Benedixit domui israel: be
nedixit domui aaron. Bene
dixit omnibus qui timent do
minum: pusillis cum maio
ribus. Adiciat dominus su
per uos: super uos et super filios
uestros. Benedicti uos a do
mino: qui fecit celum et terrã.
Celum celi domino: terrã
autem dedit filys hominum.
Non mortui laudabunt te
domine: neq; omnes qui des
cendunt in infernum. Sed
nos qui uiuimus benedicim⁹
domino: ex hoc nunc et usq;
in seculum. Gloria patri.

Psalmus dauid pro liberatione sua a periculis in persecutione saulis.

Dilexi quoniam exaudiet dominus: vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam mihi: et in diebus meis inuocabo. Circumdederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem et dolorem inueni: et nomen domini invocaui. O domine libera animam meam misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur. Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum et liberauit

mihi. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte oculos meos a lacrimis: pedes meos a lapsu. Placebo domino: in regione viuorum.



Psalmus dauid de persecutione absolon patienter tollerandis pro peccatis suis et gratiarum actionem premittendis pro liberatione sua

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam domino: pro omnibus que retri

buit mich[i] alicꝫ salutaris
accipiã: et nomen dñi invoca
bo. [V]ota mea dño reddam
coram omi populo eius: pci
osa in conspectu dñi mors sco
rum eius [O] domine quia
ego servus tuus: ego servus
tuus et filius ancille tue.
[D]irupisti vincula mea ti
bi sacrificabo hostiã laudis:
et nomẽ dñi invocabo [V]o
ta mea dño reddã in conspec
tu omis pli eius: in atriis do
mus dñi in medio tui hierlm.

In hoc psalmo inducuntur om
nes pli ad laudandum dnm.

[L]audate dñm omes
gentes: laudate e
um omes populi.

[Q]uoniã confirmata est su
per nos misericordia eius: z
veritas dñi manet in eternũ.

In hoc psalmo inducit david
ad laudandum dnm pro libe
ratione sua a facie saul et pro
edificatione templi qꝫ prędixit

[C]onfitemini dño
quoniã bonus: quo
niã in seculũ miseri
cordia eius [D]icat nũc isꝛl
quoniã bonus: quoniã in seculũ
misericordia eius [D]icat nũc
domus aaron: quoniã in seculũ
misia eius [D]icant nũc qui
timent dominũ: quoniã in sculũ
misia eius [D]e tribulatione
invocaui dominũ: et exaudi
vit me in latitudine dñs.

Dns mihi adiutor. nō timebo quid faciat mihi homo.
Dns mihi adiutor: et ego despiciam inimicos meos.
Bonū est confidere in dño: quam confidere in hoīe
Bonum est sperare in dño: quam sperare in principibz
Omnes gentes circuierunt me: et in noīe dñi quia ultus sū in eos.
Circumdantes circumdederūt me: et in noīe dñi quia ultus sum in eos
Circumdederunt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis: et in noīe dñi quia ultus sū in eos
Impulsus eversus sū ut caderem
et dns suscepit me
Fortitudo mea et laus mea dns: et factus est mihi in salutē
Vox exultationis et salutis: in tabernaculis iustoz
Dextera dñi fecit virtutē dextera dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtutē
Non moriar sed uiuā. et narrabo opa dñi
Castigans castigauit me dns: et morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitie ingressus in eas confitebor domino: hec porta domini iusti intrabūt in eā
Confitebor tibi qm exaudisti me: et factus es mihi in salutem.
Lapidē quē reprobauerūt edificantes: hic factus est in caput anguli
A dño factū est istud: et est mirabile in oculis nostris
Et est dies quā fecit dns: exultemus et letemur in ea.
O domine saluū me fac o dñe bene prosperare: benedictus qui uenturus es in noīe dñi
Benedixim9 uobis de domo domini: deus dns et illuxit nobis
Constituite diem sollempnē in condensis: usq; ad cornu altaris.
Deus meus es tu et confitebor tibi: deus meus es tu et exaltabo te
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: et factus es mihi in salutē.
Confitemini domino qm bonus: quoniam in seculū misericordia eius
Lia.

Alleluya ps iste ducat usq; ad psalmos graduum et loquit. de beatitudine mie.

Hic tractat psalmista de pnĩ tibus ad beatitudine qua cõsc nit in operibz milcdie nitr actiue et cõtemplatiue.

BEati ĩmaculati in via. qui ã bulãt in legt dñi. Beati qui scrutan tur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatẽ. in uijs eius ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua: custodiri nimis. Vtinam dirigantur uie mee: ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar. cum prospexero in omnibus mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iustitie tue. Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaq; Gloria patri et filio et spiritui scõ:

